Me mea curà coquit, uersatq; in pectore fixa.
Multis curis sum implicitus, districtus, impeditus oppressus.
Diuersis negotijs distringor.
Variys distrahor curis.
Tot me impediunt curę, quæ animum meũ diuerse trahunt.
Ita altè distringor, occupatione, ut neque interspirandi sit locus.
Diuersæ uocitant animum in contrariã curæ.
Negociorum mole obruor.

Ho uoluto farti intendere quelle cose, che son'auuenute.

Quæ apud nos exorta sunt, nolui tibi nota esse.
Quæ nup cõtigerũt, existimauit te scire oportere.
Quæ apud nos gesta sunt, tibi esse aperiẽda putaui.
Quæ hic sunt constituta, duxi tibi declaranda esse.

Ho

H

Ho prouato, come mi ſei amico.

Tuum erga me amorem expertus ſum.

Tuam erga me beneuolentiam cognitam, et explo ratam habeo.

Ho ſperimentato molte coſe.

Multa expertus ſum.

Plurimarum rerum experimentum tenui.

Multarum rerum uſum habui.

Honorato è cioè huomo honorato.

Præſtantiſſimus illi bonos habitus eſt.

Maximus illi honor eſt exhibitius.

Honoris immodici titulo hunc omnes ꝓſequũtur.

Nullo non eſt afficiendus honore.

Cumulandus eſt honoribus:

Dignus eſt, æterni cui decernantur honores,

Nephas eſt planè huic quicquã honoris denegari:

Nullus, niſi maximè impius, non dixerit, eum non vulgari honore dignum.

Honorano te tutti.

Iure tuæ humanitatis tibi contigit, vt nemo te nõ admiretur, nec admiretur ſolum, ſed etiam amet:

Quòd omnes te admirantur, in cauſa eſt tua ſingularis humanitas.

Effecit tua ſingularis humanitas, vt à nemine quoquam non diligaris.

Honor aut te omnes:

Hora tu conoſcerai, quel ch'io ho fatto.

Nunc, quid egerim facile cognoſces.

Nunc, quid à me actum ſit, apertiſſimè intelliges.

Huma-

Faſtidiſci ogn'uno.

Tædio afficis omnes.
Omnium aures tædio enecant tua uerba.
Omneis verborum tuorum finem cupiunt.
Omnes verbis tuis deſatigantur.

Fatto l'ho con colera.

Iratus hoc feci.
Calore iracundiæ hoc egi.
Iratum ſtimuli ad tantum facinus impulerunt:
Subitario ardore iræ, hoc crimen impudenter auſus ſum.

Fatto l'ho per tua perſuaſione.

Te auctore ſuſcepi hoc negocium.
Tuo impulſu hoc feci:
Te ſuaſore, te impulſore, tuo ſuaſu id egi:
Tuo conſilio fretus, abs te perſuaſus id feci.
Id feci te ſuadente, te conſultore, tuo perſuaſu:

Fatto l'ho da me medeſimo.

Meo Hercule, meo Marte, meo ſætu hoc edidi:
Id propria induſtria, & citra alienum adminicu-
Hoc eſt domi meę natum. *lum egi:*

Fatto ho ogni coſa per la Republica.

Nihil, quod ad Remp. pertinet, prætermiſi:
Omnia perfeci, quæ ad Remp. attinent.
Omnes Reip. rationes præclare complexus ſum:
Curaui, ut q̄ ad Remp. attinēt, optimè gubernētur.

Fatto hai coſa degna dell'amicitia noſtra.

Feciſti rem noſtra neceſſitudine dignam.
Rem præſtaſti, q̄ ab amicitia noſtra nō eſt aliena.
Effeciſti quod noſtram decet amicitiam.

Feciſti,

F

Feciſti, quod familiaritatis noſtræ plurimũ intereſt.
Fatto non ho, quel che douea.
Hoc à meis moribus abhorret.
A meo more alienum eſt hæc facere.
Hoc facere minime conſueui:
Hoc mecum non ſatis conuenit.
Fatto l'ha a poſta.
Fecit ex induſtria. Prudens fecit.
Data opera fecit.
Studiosè, conſulto, dedita opera fecit.
Fauore ti darà la fortuna.
Fortuna fauebit tibi.
Non dubito, quin Fortuna ſit aliquãdo benignius etiam tuis præclaris virtutibus reſponſura.
Reſtabis Fortuna. Fortuna obſequioſam habebis.
Fauorirmi ſei ſolito.
Solitus es rebus meis fauore.
In me fuiſti ſupra meritum indulgentior;
Mirum eſt, quàm impenſe mihi faueas.
Fauorem tuum deſideraui nunquàm.
Mihi præſto ſemper fuiſti.
Fauoriſcimi ti prego.
Fauorem mihi ne deneges tuum.
Expecto, ut ceptis faueas noſtris.
Tuum ſtudium mihi dicare uelis.
Adnitere, quæſo mihi egerrime laboranti ſuppetias ferre.
Noſtræ partes poterunt tua opera iuuari.
Fauorẽ, ac tuum ſtudium amplector, quo mihi nũc

opus est aduersum quosdam odiose cõiuratos in bonas literas, quorum magna est improbitas.

Fauorisceмi, che nissuno t'haurà inuidia.

Opus meum tui nominis splendore fultum, dentes Leoninos retundet.

Liuorem omnem tuo candore expunget opus.

Armatum maiestate tui fauoris opus, aculeatos liuidorum morsus facilè vitabit.

Fauorisce, & aiuta i dotti.

Fauet studiosis, & doctos, quoad potest, adiuuat.

Homo est propensa in viros literatos beneuolẽtia.

Bonas arteis, earumq; professores æstimat.

Est cultioris literaturæ perquàm studiosus:

Virorum eruditorum genus illi quamplurimũ placet. Fedele è.

Vir est fidei inconcusse.

Vir est fidei probatissimæ.

Laudanda est sui in omneis probatissima fides.

Est ex Iouis tabulis testis.

Omnibus gratissima est suæ fidei integritas.

Fedele non sei nelle promesse.

Perfidus es. Es fœdifragus. Es perfidior Pœnis.

Pacta facis Locrensia.

Te promissa non alligant.

Fedele, & secreto sei stato sempre.

Semper intellexi sitas in te esse fidẽ ac taciturnitatẽ:

Nunquam non fuisti fidelis.

Integritatem fidei, ac taciturnitati sp adiunxisti.

Fuisti semper fidelis, & taciturnus.

F

Felice ſei.

Oĩa tibi ex animi decreto, tanq̃ Ioue nato, ſuccedũt
Tu es vir multis calculis fortunatior.
Tu es omnium homo fœliciſſimus.
In gremio Iouis es. Omnia tibi ex voto cadunt.

Ferito è in ſtrano modo.

Grauè vulnus accepit. Eſt lethaliter vulneratus.
Lethali vulnere eſt penè affectus.
Multis ſuit vulneribus obrutus.
Multa illi facta ſunt vulnera.
Eſt plagifer totus.
Varijs eſt conſauciatus modis.

Finalmente quello mi è auuenuto, che ho ſem pre deſiderato.

Illud mihi tandẽ euenit, q̃ ſp maxime deſideraui
Quod diu exoptaui, id mihi demũ fortuna detulit
Illud tandem oblatum eſt, quod ſemper appetiui.

Finiſci il mio ſeruitio.

Negocium meum confice.
Cauſam meam ad finem perducas velim.
Effice tandem, quod mihi humaniſsime recepiſti.

Finito ha.

Perfecit. Abſoluit. Finem impoſuit.
Ad vmbilicum duxit Colophonem addidit.
Supremam manum adiunxit.
Extremum actum addidit.
Ad metam vſque perduxit.
Summum faſtigium impoſui.
Finem dicendi fecit.

Fin

Fin quando ero vn puttino.

Ab ipso primo ætatis flore.
b ipso nutricis lacte.
Ab ipsa infantia.

Forte è, cioè gagliardo.

Vir est corporis viribus, & animi magnitudine pariter insignis.
Vir est præter cæteros magnanimus.
Vir est omni animi magnitudine, & constantia præstantissimus.
Vir est egregia animi claritate compositus.
Est unicum fortitudinis specimen.
Est magnanimitatis norma.
Est viribus pollens, et animi magnitudine clarus.
Est utraque fortitudine præstans.
Est homo excelsi, præstãtis, inuicti, generosi animi.
Est homo animi non ignaui, sed excellentis.
Est vir supra humanum modum magnitudine animi præditus.
Huius uiri fortia facta per uniuersum Orbem iam clara celebrantur.
Vbi res præclara versatur, ibi se semper impigerrimus exercuit.
Est vir fortis, & præpotentis animi.
Est mascula virtute conspicuus.
Est ipso Milone fortior.

Forzarommi in tutti i modi.

Conabor, adnitar, totis adnitar neruis.
Id totis viribus àgam.

G

Totis uiribus ad hoc inuigilabo.
Velis, & remis eò contendam.
Velis remisque eò festinabo.
Nihil intentatum relinquam.

Fuggito ha un gran pericolo.

Euasit multas pœnas.
Vitam suam multis supplicijs præripuit.
Vita sua fuit multis pœnis erepta.
Innumeris periculis pœnarum subduxit uitam.

Gli è un sol rimedio al riposo, cioè il studio delle lettere.

Vnum est quieti profugium, literarum studium.
Vnus est ad salutẽ portus, bonarũ artiũ disciplinę
Vnum tst tranquillatis remedium, bonarum scientiarum celebritas.

Gli inuidiosi non cessano ogni giorno dir mal di noi.

Homines inuidui nũquam cessant nostram existimationem labefacere.
Homines maleuolentia suffusi, nobis assiduè detrahere studẽt.
Homines maledici suis vos obtrectationibus inquinare non desinunt.

Giocare lasciacivn poco.

Tua classis disiunge habenas. Da Musis sua ludicra.
Misce otia nostris studijs. Da remissionem literis.
Impartire relaxamentum literis.
Da facultatem ludendi.
Alternam requiem studijs nostris impartire.

Giouamento.

Giouamento grande ti sarà questo.

Non modicam ex hoc demetes frugem.
Hoc præcipuam adfert utilitatem.
Hoc feciſſe magnopere iuuabit.
Hoc multum adiumenti adferet.
Multas ad res hoc conducet.
Hoc non parum adferet momenti.
Non erit hoc infrugiferum.
Plurimum tibi hoc conferet.
Vtilitatem immenſam ex hac re accipies.
Hoc tibi quàm plurimum proderit.
Hoc non parum utilitatis eſt tibi allaturum.
Hoc tibi multo erit adiumento.
Hoc tibi non mediocriter conducet.
Commodum erit, hoc & ſalutare.
Hoc commoditatis plurimum adferet.
Hoc erit ex uſu tuo, E re tua.
Hoc fructus habet non parum.
Ex hoc ampliſſimum fructum es conſecuturus.
Ex hoc utilitatem incredibilem capies.

Giouato hai alle lettere.

Profuiſti rei literariæ.
Tu inter omnes inſcitiam quotidie inualeſcentem, profligaſti.
Tu ex ipſis autorum uiſceribus locos Veneris plenissimos, & leporis eruiſti.
Tu iam barbariem magno ueluti paſſu, gradientẽ, Prorſusque iam ferocientem compeſcuiſti.
Tu fuiſti Barbariei hoſtis acerrimus.

Tu

G

Tu uerborum lenociuijs non emolumentum modo ſtudioſis, ſed uoluptatẽ peperiſti minimè uulgarẽ

Gioui à molti.

Prodes multis.

Tu recte natum te arbitraris omnium utilitati, laudi, uirtuti, non ſomno, non conuiuijs.

Tibi ratio omnis eſt cum uirtute, non cum deſidia, cum dignitate, non cum uoluptate.

Giouine è di buono aſpetto.

Adoleſcens eſt bonę indolis.

In puero hoc mirifica indoles uirtutis apparet, & ingenij lumen luceſcit.

Nihil in hoc adoleſcente ineptum, nihil improbũ, nihil immodeſtũ, nõ ꝓteruior lingua, nõ inconſtãs vultus, nõ aliquid poſtremò uel in facie, uel in geſtu, uel in ſtatu, uel in inceſſu eſt quod offendat.

giuſto ſpero eſſer l'amico.

Iuſtitia, qua apud omneis ſemper uteris, facit, ut, de te optimè ſperem.

Iuſtitia, qua omnes complecteris, maximam mihi tuę probitatis ſpem impendit.

Aequitas, qua omneis proſequeris, te mihi gratiſſimum præſtat.

Veritas, quã ſemper exoluiſti, mihi ſuadet, ut integerrimam tibi fidem exhibeam.

Goloſo è.

Hic uoracitati ſuę deſeruit, & inſatiabilem, profundumque uenirem ſemper eſitando diſtandit.

Sedet ſagina expletus, & ſtetit crapulam exhalãs

Eſt nitida cute, probeq; ſaginato corpore.
Pinguiculus eſt, & nitidus, & bene curata cute.

Gouernare ſi puo homai da ſua poſta.

Poteſt iam ſeipſum regere.
Suæ uitæ modum iam habere poteſt.
Prudentior, eſt, quàm qui pedagogo indigeat.

Grata cola mi fai.

Rem mihi gratam facis.
Quòd res meas tam officioſe curas, deamo te, & gratiam habeo plurimam.
Rem feceris mihi uehementer gratam.
Rem feceris erga me non parùm officioſam.
Iſtud mihi inter plurima tua in me beneficia nõ ingratiſſimum fuit.

Gratificarti voglio.

Adiuuabo te pro uirili.
Si quain re poſſim tibi gratificari, oĩa polliceor.
Te omni genere officiorum proſequar, quantum par fuerit.
Si quid erit negotij, in quo ſeruili infimi opera nõ graueris uti mandes ac præcipias.
Nullus eſt in orbe amicus, cui magis ex animo cupiã gratificari, quàm tibi.
Si quid erit, in quo tibi queam gratificari, ſenties hominem ad obſequendum promptiſſimum.
Si quid erit, in quo queam tibi gratificari, facito periculum, an ex animo te diligam.
Si quid me opus erit in tuo negotio, ipſe adulabo.
Eſt apud me, quod putem tibi gratum fore.

Gratiſſi ma

G

Gratisſima mi è ſtata la tua lettera.

Nihil mihi contigit gratius, quàm tua epiſtola.

Emoriar, ſi ullum deorum nectar ſuauius credam, quàm epiſtolium tuũ Ciceroniana ante confectũ.

Gratitudine delle lettere:

Literæ tuæ mihi uoluptatem attulerunt.

Literæ tuæ mihi gratiſſime fuerunt.

Literæ tuę me non mediocri voluptate affecerũt.

Literæ tuæ mihi mirum immodum iucunde exiterunt.

Ex tuis literis non mediocrem lætitiam percepi.

Literis tuis nihil mihi accidere iucũdius potuiſſet

Literis tuis nihil mihi poterat gratius afferri.

Literæ tuæ amplũ mihi gaudij cumulũ attulerũt

Ex literis tuis profectò magnã voluptatẽ accepi.

Grato ſei al Prencipe.

Gratus es principi.

Vir es inſigni utriuſq; literaturę peritia prędit us, ob idq; apud principem gratioſiſſimus:

Flores ac triumphas apud tuos, optimo principi chariſſimus.

Vir es ſumme auctoritatis apud principem:

Gridare ſon conſtretto.

Coactus ſum clamare.

Repente magnis clamoribus intolerabilem cruciatum teſtari ſum coactus.

Guarda bene i miei denari.

Mę pecuniæ cuſtodiam fideliter geras.

Argentum meum mihi integrum reddendũ cures

G

Guardatom'ha in torto.

Me truci uultu intuebatur.

Me obliquo lumine transuersis oculis aspexit.

Inspexit me torue.

Cum truculentia oculorum me aspexit.

Guerra cioè la guerra si incrudelisce.

Bellum sæuit. Difficillima sunt belli tempora.

Summa bellorum difficultas nostris imminet temporibus.

Sæuit toto Mors impius orbe.

Afflictamur difficultate bellorum.

Ha buono ingegno.

Est acrimonia ingenij præditus.

Est egregio ingenio præstans.

Habet ingenium fælix.

Est felici fœcundusq; natus ingenio.

Nihil hoc adolescente ingeniosius.

Nihil suo ingenio præstantius.

Adolescẽs est non uulgari ingenij dexteritate cõspicuus.

Ingenij est excellentissimi.

Inuata est illi claritudo ingenij.

Solertia ingenij plurimum valet.

Est ingenij dotibus cumulatissimus.

Est optimo natus ingenio.

Est facillimo ingenio natus.

Ingenij gloria cæteris omnibus antecellit:

Deum immortalem quàm fœlix, quàm iucundiũ, quam promptum hominis ingenium.

Inuenis est festiuo, feliciq; ingenio, ac summæ spei.

H

Mira in hoc adoleſcente indoles effulget.
Eſt bonæ, atque inculpatæ indolis.
Eſt egregia indole inſignitus.
Eſt ſpectatiſſima indole, clarus.
Facit ſua indoles, ut de eo egregiã ſpẽ cõcipiamus.
Prælucet in adoleſcẽte lumẽ quodã bonæ indolis.
Magnã de eo expectationẽ ſua indoles nobis pro mittit.
Eſt iuuenis ex ſua indole natꝰ ad ſũmã eruditionẽ
Indolem habet Muſis, Gratijsq; natam
Nihil adhuc vidi ſua indole generoſius, amabilius, fœlicius.
Nihil ſua indole præſtantius, clarius, inſignius.
Adoleſcens eſt prorſus indole diuina, docilitate incredibili, probitati uirtutiq; natus, ad hæc amabili quadam morum grauitate.

Ha buona ciera, buono aſpetto, *ut ſupra.*

Ha in odio le lettere.

Odi literas. Deteſtatur literas. Nauſeat ad uirtutẽ

Hai da far con perſona, che può.

Non habes negocium cum imbecilli.
Experieris tibi cũ hoĩe nequaquã edĩtulo, nẽ eſſe.

Hauuto l'ho appena.

Vix hoc habui. Aegrè hanc rem obtinui.
Hanc rem haud facile conſecutus ſum.
Vix dici queat, quàm moleſte obtinuerim.
Difficulter hac re ſum potitus.

Hauemo uſata gran diligenza per te.

Summam pro rebus tuis curram adhibuimus.

Nihil pro tua causa a nobis prætermissum est:
Maxima est a nobis pro re tua adhibita diligẽtia.
Omnia pro causa tua officia præstitimus, quę ob officiosissimo præstari potuissent.

Hai il potere.

Potestatem habes. Facultatem habes.
Est tibi auctoritas. Est tibi facultas concessa.
Hoc facilimè potes facere. Hoc in te est.
In hoc plurimum uales.
In hoc plurimum polles.

Ho al presente il modo di far la cosa tua.

Nunc rei tuæ peragendæ facultatem nactus sum.
Est nunc mihi per tractandæ rei tuæ opportunitas attributa.
Nunc perficienda rei tuæ facultatem habeo.

Ho apparecchiato quel, che t'ho promesso.

Quod tibi pollicitus sum, diligenter paraui.
Quod tibi promisi, studiose curaui. (*raui.*
Quod pro te facere instituí, sedulo, diligẽterq; cu-

HO fatto, sempre buon iudicio di tuo figliuolo.

Ego de filij tui sapientia graue iudicium semper feci.
Maximam mihi semper existimationem concepi de præclaris filij tui uirtutibus.
Eximiæ filij tui uirtutes fecerunt, vt de eo bene sentiam.

Ho grande amicitia con Cesare.

Vetus est mihi amicitia cum Cæsare.
Beneuolentiæ coniunctio, quæ mihi cum Cęsare, a teneris annis initum cœpit.

Amicitia,

H

Amicitia, quæ mihi cum Cæsare intercedit, maxima est.

Ho gran dolor della tua infirmità.

Valetudo tua me plurimum sollicitat.

Excruciat me nimium aduersa ualetudo tua.

Quòd malè te habeas, mirum commodum doleo.

Aegritudo tua me ualde angit, pturbat, vexat, premit.

Huomo è famoso. a F.

Huomo è da bene.

Vitam agit perhonestam.

Cũ summa integritate & elegãtiã morũ uitã agit

Integram & elegantem uitam degit.

Integrè ac sinceriter uiuit.

Honestè uiuit.

Homo è di sincerissima uita.

Vir est pter summam uitæ integritatẽ, doctrina quoque uaria recondita q;, tum animũ minimè sordido, & ob has dotes in summo præcio habitus.

Homo integerrime uitæ.

Mea sic est de tua integritate confirmata opinio ut de me ipso simplus, quàm de te dubitaturus.

Is uir est unus, cũ quo sit nemo hac tempestate conferendus, uel integritate uitæ, uel eruditione, ve animi magnitudine.

Vir est, non literis solum ac morum integritate, uerum etiam rara prudentia, miroque rerum usu insignis.

Vir est prudentia singulari, summe integritate, sed

ingenio per quàm festiuo.

Ho molte cause di conseruar
il uostro amore.

✝ *Cõplures sunt mihi causæ, vt noster cõseruetur amor.*
In conseruanda beneuolẽtia nostra complures cau sæ intercedunt.
In nostra famigliaritate amplexanda per multæ sunt conditiones.

Ho molti affanni & trauagli.

Discrutiant animum curæ.
Hæc res innumeris curis animum meum uehemen ter angit.
Me mea curà coquit, uersatq; in pectore fixa.
Multis curis sum implicitus, districtus, impedi-tus oppressus.
Diuersis negotijs distringor.
Variis distrahor curis.
Tot me impediunt curę, quæ animum meũ diuerse trahunt.
Ita altè distringor, occupatione, ut neque interspi randi sit locus.
Diuersæ uocitant animum in contrarias curæ.
Negociorum mole obruor.

Ho uoluto farti intendere quelle cose, che
son'auuenute.

Quæ apud nos exorta sunt, uolui tibi nota esse.
Quæ nup cõtigerũt, existimauit te scire oportere.
Quæ apud nos gesta sunt, tibi esse aperiẽda putaui.
Quæ hic sunt constituta, duxi tibi declaranda esse.

Ho

H

Ho prouato, come mi sei amico.

Tuum erga me amorem expertus sum.

Tuam erga me beneuolentiam cognitam, et explo ratam habeo.

Ho sperimentato molte cose.

Multa expertus sum.

Plurimarum rerum experimentum tenui.

Multarum rerum usum habui.

Honorato è cioè huomo honorato.

Præstantissimus illi bonos habitus est.

Maximus illi honor est exhibitius.

Honoris immodici titulo hunc omnes ꝑsequũtur.

Nullo non est afficiendus honore.

Cumulandus est honoribus:

Dignus est, æterni cui decernantur honores,

Nephas est planè huic quicquã honoris denegari:

Nullus, nisi maximè impius, non dixerit, eum non vulgari honore dignum.

Honorano te tutti.

Iure tuæ humanitatis tibi contigit, vt nemo te nõ admiretur, nec admiretur solum, sed etiam amet.

Quòd omnes te admirantur, in causa est tua singularis humanitas.

Effecit tua singularis humanitas, vt à nemine quoquam non diligaris.

Honor aut te omnes:

Hora tu conoscerai, quel ch'io ho fatto.

Nunc, quid egerim facile cognosces.

Nunc, quid à me actum sit, apertissimè intelliges.

Huma-

Humano è, & corteſe a C.

Humile è, cioè modeſto & pietoſo.

Nihil eſt eo modeſtius.

Modeſtiæ ſpecimen ſe præbet.

Se ſe omnibus ęqualem facit.

Nihil in uita vidi hoc homine modeſtius, ſuauius, benignius.

Animũ habet nulla in alios maleuolentia ſuffuſum, ſed admiranda modeſtia ſuffultum.

Hic homo ſummæt eruditioni ſummam modeſtiam adiunxit.

Humiliſſimo è.

Hic nihil omnium, quæ ſol uidet, ſibi arrogat.

Hic cędit omnibus.

Hunc modeſtia ſua nemini non gratum præſtat.

Hunc omnibus ſua conciliat humilitas.

Huic quis non faueret, quam modeſtiæ faueant & Ethnici?

Modeſtia & diuinum fauorem concilia, & hominum beneuolentiam aggultinat.

Iddio dia il malanno a Milone huomo ſcelerato.

Deus Milonem uirum improbum perdat.

Deus Miloni homini proteruo maleſaciat.

Superi Milonem hominem ſceleſtum puniãt.

Ignoranteè.

Eſt literarum neſcius, ignarus, expers, inſcius.

Eſt bonarom artium rudis.

Nihil in eo eſt eruditionis.

-I

Eſt bonarum diſciplinarum imperitus.
Nihil bonarum literarum attigit.
Nihil ſcientiæ habet.
Eſt latialis eloquentię penitus expers.
Neque natare nouit, neque literas.
Eſt eloquij latini inops.
Eſt rudis literarum.
Melioris literaturæ ieiunus eſt.
Prima Tyrocinij literarij rudimenta uix depoſuit.
Nondum ultra primas literas eſt progreſſus.
Nullius bonæ literaturę eſt particeps.
Eſt abecedarius aut ſanè elementarius.
Eſt a Muſis atque Gratijs multum alienus.
Ne eſopum quidem triuit.
Eſt ſuus ſtylus aridus, ſine ſuco, & ſcientiarũ, ineptitudine anilis.
Hic ne Muſas nouit quidem, neque nomẽ audiuit.
Eſt Grægarius, & poſtremę notę.
Ne tantillum quidẽ habet cum Palladę cõmertij.
Eſt planè impollitus, et literarum ueſtibulum uix dum ingreſſus.
Eſt melioribus literis leuiter imbutus.
Eſt ingenio tenui, & pquàm exigua doctrina præditus.
Habet ingenium uerè Batuum, nullisq; bonis diſciplinis exultum.

Ignorante è, & da poco.

Homo eſt indoctus & nihili.
Eſt educatus in Scyticis agris.

Pater

Pater sibi Scytha est.
Nihil à Vandalis differt.
Non est alienus à Getis.
Est rus merum, Homunculus ex Caria est.
Est Arcadicum pecus.
Est ridiculam caput.
Est sus Boetica. Proiecta & uilior alga.
Sua est caria musa. Rusticano est ingenio.
Artem cullinariam, non Grammaticam imbibit.
Literas uidit solum per transennam.
Literas gustauit tanquam canis è Nilo.
Est nouitius miles Palladis.
Rudis est Apolinis tyro.
Cymerijs tenebris impolicitus est:
Obstrepit, ueluti anser inter olores.
Est uulgus nebulonum incultum.
Asinus est ad lyram.

Ignorante esser confesso.

Indoctus sum fateor.
Multũ absum abeo, ut in re literaria meritò laudet.
Nihil grade est in me.
Ex tenebris insciti æ pedem non moui.
Docti nomen mihi non est peculiare.
Docti nomen grande aliquid habet, quod mihi non conuenit.
Eorum, quę sunt in literis præcipua, nihil compertum habeo.
Veras disciplinas per transenuam uidi.
Veras disciplinas ut canis Nilo pitissiaui

Igno-

I

Ignorante ſei.

Tibi ſermo repugnat.

Homo es tenuiſſime fortunæ, neque admodum literaturę.

Infelici natus es Muſarum partu, & adulterino.

Es Muſarum procul à lumine.

Homo es infimæ claſſis.

In pernicioſo latinæ linguæ naufragio enatas.

Noctuinos oculos, & in ſole caligantes habes.

Es latinæ linguæ ſobrius imitator.

Nullam habes Phraſim, & linguam loquendi.

Tu ne quidem inter mediocris, infimęq; eruditionis uiros, locum dignum ſortiris.

Ignoranti taceno.

Rabulis omnibus impoſitum eſt ſilentium.

Rabulis omuibus ſilentium eſt inductum.

Indotti pudore obtiſcescunt.

Nunc tacent rabulæ.

Ignoranti repugnano ai dotti.

Indocti dotis reluctantur.

Barbari ſæuiunt adhuc, & liberè quoque graſſantur, ſed nihil aliud, quã ſuã traducunt ſtultitiam.

Indocti ſe non putant incolumes fore, niſi oppreſſis bonis literis.

Indocti pertinacibus animis adhuc repugnant, uterem inſcitiam manibus pedibusq; mordicus, ac etiam retinentes.

Il che ſe cõſideri troueraì, eſſer uero, come dico.

Quod ſi animaduerteris, ratum eſſe conſpices.

Quod

Quod si animo uolueris, ita, ut aßero, uerũ reperies.
Quod si ponderaueris, ita conſtare uidebis.
Il lodeuol gouerno del tuo magiſtrato fa ch'io ti reputo huomo giuſto.

Laudabilis tui officij gubernatio facit, vt virum te iuſtum exiſtimem.
Honorificum tui magiſtratus regimen efficit, ut te uirum rectum putem.
Optima tui officij adminiſtratio præſtat, vt hominem te purum, & æquum iudicem.
Il noſtro antico, amor richiede queſta coſa.

Hoc, ut præſtẽ, vetuſtiſſimus noſter amor expoſtulat.
Hoc, ut curem, priſca beneuolentia noſtra uidetur exigere.
Hoc, ut faciam, antiqua neceſſitudo noſtra requrit.
Il reſto intenderai dal portator di queſta.

Cætera à tabellario cognoſces.
Cætera, tecum aget tabellarius.
Si qua ſuperſunt, ex tabellario intelliges.
Cætera tibi nuncius ſignificabit.
Il tuo conſiglio, m'induce eſſer del tuo uolere.

Tui cõſilij grauitas in tuam me ſententiam adducit.
Tuæ deliberationis conſultatio in eandem me uoluntatem inducit.
Grauæ tuæ ſapientię conſilium facit, ut in deliberando tibi obtemperem.

Il tuo

I

Il tuo consiglio passa tutti gli altri.
Tuum consilium cęteris omnibus præponendum est.
Animi tui deliberatio est præferenda.
Nullius est consilium, quòd tuo sit pręstantius.
Il ua per te, cioè si tratta il tuo utile.
Tua interest. Tuum est onus. Res tua agitur.
Tuum est negocium. Tuum est officium.
Adorni & illustri le cose uili.
Ornas quæ uilia sunt.
Obscuris rebus das splendorem.
Trita omnia per te noua, splendidaq; redduntur.
Imbriacone è, cioè dato al uino.
Est bibax, biboſus, bibulus, temulẽtus, uino se obruit.
Vini est intemperatissimus.
Mero incalescit.
Est ampulla bibacior.
Est temulentiæ notæ infamis.
Natus est ad uina perdenda.
Vini est pernicies.
Est gurges, belluoq; uini.
Impara à mente.
Memoria complectitur. Mandat memoriæ.
Dicta percipit, & animo, mentiq; penitus mãdat.
Dicta mente consequitur infigitq; animo.
Impedimento non ti darò.
Non te impediam. Non te obturbabo.
Nihil obsistam tibi.
Tibi non ero impedimento.
Non obstrepam tuis conatibus.

Tibi

Tibi non oblectabor. Non te remorabor.
Innamorato della tua uirtù
desidera gratificarti.
Tuis accensus uirtutibus, tibi seruire desiderat.
Cæsar tuis concitatus uirtutibus, tibi soli obtempe
rare desiderat.
Innamoraro è.
Amore captus est.
Amore nimio tabescit.
Multo amoris contagio corruptus est.
Eum Venus cruciante quadã libidine titillauit:
Incitato m'hai la uirtù.
Tua uerba me inuitarunt ad studia.
Dedisti mihi ad literas non uulgare incitamentũ:
Tu mei studij faces incendisti.
Indouino che sarà cosi.
Euenire illud scio.
Hoc penè oculis uideo.
Præsagio hoc futurum.
Mens mea est præsaga futuri.
Scio uaticinorq;, ac penè oculis uideo, hoc euen-
turum.
Auguror, hoc propediem fore.
In disgratia m'hà messo.
Me traxit in inuidiam.
In contemptionem me adduxit.
Vocauit me in contemptum.
Mihi inuidiam istam fecit.
Mihi odium hominis concitauit.

Infam

I

Infame è cioè ſuergognato.

Eſt uarijs notis affectus.
Eſt graui infamia affectus.
Multum infamiæ collegit.
Multum contraxit ignominiæ.
Tetram infamiæ notam contraxit.
Eſt turpi infamiæ macula notatus.
Dedecoris notam ſubiuit.
Prolapſus eſt in dedecus.
Contraxit notam infamiæ.
Multum detractum eſt ſuo nomini.
Homo eſt infamis.

Infelici ſei.

Vires extremæ infelix. Egeſtate extrema laboras.
Inærumna, uitam trahis.
Miſeriæ omnis ex ſocius.
Infœlicitatis omnis ex particeps.
Infortunæ ictibus expoſitus es, ut miſerrimus ſis.
Nihil eſt, quod fortunæ poſſis acceptum referre.

Ingannar mi penſi.

Ab ipſa ueritate me credis depellere.
Mihi ſucum facere niteris.
Verborum præſtigijs uis in me uti.
Mihi dare uerba tentas.
Decipere me putas.

Ingannato n'ha.

Nos decepit. Impoſuit nobis. Nobis uerba dedit.
Nobis ſucum fecit. Fecit impoſturam.
Nos fefellit, circũuenit, circũſcripſit, circũduxit.

Nos deluſit, nos in fraudem illexit.
Atre nos tractauit. Dolo, fraude technis, præſtigijs aſtutia nobiſcum egit.

Ingenioſo ſei.

Vir es ingenioſus. Vir es abſolutiſſimi, candidiſſimiq; ingenij.
Ingenioſo eſſendo, ha acquiſtato gran nome.
Mirifica ſui ingenij præſtantia ſummam apud omnes laudem comparauit.
Præclara ſuæ uirtutis inſtitutio incredibilem nominis extimationem apud omnes concitauit.
Sui ingenij præſtantia maximam apud omnes gloriam adeptus eſt.

Ingiuria, cioè mi fa ingiuria con le ſue parole.

Iniurijs me afficit. Maledicti in me debacchatur.
Conuitijs turpibus me laceſſit.
Saturare ſe nequit meis contumelijs.
Probris omnigenis me inceſſit.
Impiè de me loquitur.
Immites ac malignas de me in uoces in uulgus ſpargit
Liuido ore me mordet ſæpius.
Mordicus me inſectatur.
Aculeatis me uerbis inſequitur.
Me Leonino dente corrodit.
Satiricè me inceſſit.
In me hoſtiliter obtrectat:
Sæuit in me conuitijs.
Nulla non ſum ab eo laceſſitus iniuria.

I

Ab hoc homine mihi multa impendet inuidiæ tempestas.

Hic hoc ipso maxime gloriatur, si doctissimo cuiq; maledixerit.

In unumquenque dementia blaterat.

Malignus uirtutum interpres alienam gloriã suggillat.

Infesto & acri animo, me insectatur.

Inuidus est, & alijs inuidet Zoilis.

Liuore acri est in omnes percitus.

Hunc liuoris tinea comest, & inuidiæ subrodit rubigo.

Inuidiæ incendio conflagrat.

Ingrato non sono.

Non sum ingratus.

Nulla esset apud me humanitas, sed summa barbaries inhumanitasq;, nisi tam ingens beneficium remetirer.

Essem Gethis inhumanior, nisi hoc meritum reponerem.

Diceres ingratos exuperare Gethas, si meritum nõ resarcirem.

Ingratitudinis culpam contraherem.

Ingratissimo.

Tuam nulli tollerandam ingratitudinem quis non exprobraret?

Cupiebam tuã ingratitudinem silentio dissimulare, sed meam modestiam uicit tua improbitas.

Tu omnium ingratissimè pro summis officijs quanta

potes maleficiorum reponis.

Dic mihi, omniũ quos Sol uidet ingratissime, quis tuos mores uel unum diem pati posset?

Tu hominem abundè de te meritum non solum nõ amas, sed odio graui prosequeris.

Quid te uno ingratius, ut qui putida tua lingua eũ infectaris, cuius tu linguã officiosissimam es expertus?

Tu pro officijs ea reponis ingratissimum mostrum, quę hostis non faceret hosti.

Ingrato non ti sarò mai.

Tibi numquam ero ingratus.

Ingrati non siamo.

Ingratitudinis macula mihi est non minus, quã olim Per sis inuisa detestataque.

Ingratitudinis notam semper fugi.

Io non dubito, che tu non facci piu sauiamente di quel, che io t'ho scritto.

Neque uereor, quin tu sapientius agas, quàm ego te admoneam.

Non dubito, quin tu prudentius efficias, quàm ego tibi literis committam.

Non est dubium, quin tu grauius rem tractes, quàm ego tibi litteris declarem.

Io non ndubitai mai del tuo amore.

Nulla apud me unquam fuit dubitatio tui erga me amoris.

Quanto me amore atque beneuolentia prosequatur nullo umquam, tempore ueri'us sum.

Numquàm

I

Numquã animus mihi dubius fuit, quin abste plurimum diligerer.

In qual ſtato ſian le noſtre coſe, tu lo ſaprai per queſte lettere.

In quo ſtatu res noſtræ ſint, ex his literis cognoſces
Res noſtrę quomodo ſeſe habeant, hæ tibi declarabunt literç.
Reipub. ſtatus quomodo ſeſe habeat, ex his literis intelliges.

Inſpirato è da Dio.

Diuino eſt afflatus numine:
Inſtinctu eſt almi Pneumatis præpulſus.
In eum ſpirauit diuinum quod piam numẽ.
Superimentem animumque inſpirauerunt.
Impulſus eſt numine ſuperorum.

Intende.

Intellige. Feriatis aurium ſedibus intellige.
Non graueris dicenti aures prębere.
Pone ſupercilium. Explica frontem.

Intenderai il reſto da altri.

Cætera tibi denuntiabunt alij.
De cęteris rebus alij te certiorem faciant:

Intender ti farò tutte le noue.

Tibi nuntiabo quicquid noui fiet, uide A.

Inteſi per quelle.

Es his facilè perſpexi.
Quandoquidem ex his intellexi.
Cum ex his facilè cognouerim.
Ex his clarè animaduer i.

Inteſo ho il medeſimo:

Idem poſteriores tuæ mihi literæ ſignificauerũt, quod priores declarauerant.

Non magis ex tuis literis monitus ſum, quàm ex ſuperioribus.

Illud idem ex his literis intellexi, quod ex ſuperioribus intellexeram.

Intendo che fai conto di me.

Intelligo me à te plurimum.

Quanti me facias, facile perſpicio.

Mihi exploratum eſt, me abs te plurimum amari.

Inuidia m'hai.

Mihi inuides. Me degrauas.

Me immerentem lethali linguæ ueneno ſine fineco̅

Inuidia non la temo. (*ſodis.*

Inuidos non timeo.

Linguæ ſauciantis ſuſurros improbos negligo.

Facile, contenuo, ſemperque contempſi ineptias maleuolorum.

Cauillentur maleuoli, & inuidi, non laboro: quibus nemo umquàm uir bonus ac doctus caruit.

Iſtorum maleuolorum naſum non reſormido.

Frontem non metuo Catonianam.

Linguam nil timeo Timonianam.

Naſutos ac mordaces nil timeo.

Inuidia non temere.

Ab omni inuidiæ metu procul abſis.

Non eſt tibi timenda ſeueritatis, aut ſortitudinis inuidia, ſed inſcitiæ aut nequitiæ.

Ne

I

Ne timeas inuidiam.

Inuidioſi hai.

Inuidos habes. Multitudæ felicitati inuidet.

Sibilant nonnulli in te Zoili.

Laudes quas tibi quorundam ſtudium, & candor tribuit non leui te onerauit inuidia.

Pro tuo officio ſummã inuidiã undiq; contraxiſti.

Nuſquam ceſſant ſycophantæ tui ut noceant tibi.

Inuidioſi ſtian da parte.

Inuidos dimittamus. Inuidiæ cædamus.

Blatterones iſtos tanti oĩno faciamus, quanti culicẽ Elephantes Indicus.

Inuidorum nirulẽtas obtrectationes nõ moremur.

Non degrauemur obtrectatorum calumnijs.

De negligendis blateronibns ſuoque mõrbo relinquendis & prudenter, & amicè conſulis.

Inuidioſi uadano in malhora.

Pereant inuidi.

Vinam magnus ille Iupiter, uniuerſum inuidorũ genus fulmine adigat in tartara.

Inutile è.

Hæc res eſt inutilis.

Hoc neque domi, neque foris prodeſt.

Iſtizzato è, & in colera.

Per quàm iratus eſt.

In me planè ſuccẽſet, excãdeſcit, iraſcit, ſtomachatur:

Eſt mihi uehementer infenſus.

Vehementem in me miram colligit, & contraxit.

Iram ſuam in me conuertit.

Atre bilis uitio correptus.

L'amicitia noſtra richiede, che l'vn l'altro ci ſeruiamo.

Priſca noſtræ neceſſitudinis coniunctio hoc expoſtulat, ut alter alterum beneficijs, ſuperet.

Vetuſtiſſimæ amicitiæ noſtræ intereſt, alter alterum maximus afficiat beneficijs.

Hoc eſt noſtræ antiquæ beneuolentiæ, ut magis inter nos officijs certemus.

L'amicitia tua ogni giorno mi è piu grata.

Tua familiaritas maiorẽ mihi ĩ dies uoluptatẽ affert

Tua quidem neceſſitudo in dies, maiori me afficit iucunditate.

Ex noſtræ beneuolentiæ coniũctione uberiorem in dies delectationem capio.

L'amicitia noſtra è fatta con deliberation diuina.

Diuino conſilio factum eſt, ut me tibi familitate coniungere.

La cauſa tua mi e ſempre affiſſa nel cuore.

Res tua ſemper eſt mihi curæ.

Negocium tuum uſquequaq; mihi animo reſidet.

Cauſa tua eſt ſemper mihi memoriæ affixa.

L'amor noſtro ſi conſerua ogni giorno piu.

Amor noſter confirmatur in dies uehementius.

Noſtræ beneuolentię coniunctio maiores indies ni res ſuſcipit.

Noſtra

L

Nostra quidem amicitia quotidiè magis augescit
Nostræ unionis colligatio maius in dies recipit incrementum.

L'amicitia nostra merita, che le cose nostre siano communi.

Hoc nostra meretur amicitia, ut omnia inter nos sint communia.
Hoc nostrę beneuolentiæ coniunctio expostulat, u rebus nostris uterque communiter utatur.

L'amicitia che è stata sempre con gli tuoi maggiori, fa ch'io ti fauoreggio.

Familiaritas iã diu inter maiores nostros confirmata facit ut tibi faueam.
Amor ab ineuntę ætate inter maiores nostro cõstitutus, me monet, ut tibi libenter inseruiam.
Necessitudo, quæ a maioribus nostris constituta est dęstat, ut in nullo tibi desim.

L'amicitia tua è molto grata à noi.

Nihil est tua mihi familiaritate iucũdius.
Nihil est tua mihi necessitudine acceptius.
Nihil est tua mihi amicitia gratius.
Nihil est tua mihi uirtute carius.

L'amor che tu porti alla patria mi è molto caro.

Amor, quo Remp. complecteris, est mihi per iocũdus.
Fides, qua patriam semper excolis, est mihi perquàm gratissima.
Charitas tua erga patriam est mihi cara, & periucunda.

La

La cosa è succesſa secondo il desiderio:

Res succeſſit ex animi mei ſententia.

Fortuna uotis meis fauit.

Diceres melitaſſe Rhamnuſiæ, ſic ex ſententia cadunt omnia.

Plus impetraui, quàm fuiſſem auſus.

Res omnis cecidit, ut uolebam.

Cecidit negocium ex ſententia.

Noſtra res benè, & proſpere ceſſit.

Res geſta eſt, uti uolebam.

In omnibus rebus meis optatis reſpondit Fortuna.

La cosa passa bene.

Res bene ſe habet.

Bene ſe habent negocia.

Optimo in ſtatu res eſt.

Meliore in ſtatu res eſſe non poteſt.

La cosa è andata bene:

Res bene ſe habuit. Res fœliciter geſta eſt.

Res ex ſententia geſta eſt. Res fœliciter acta eſt.

Cauſa ex uoto peracta eſt. Res succeſſit, ut optaui.

La cosa è andata cosi.

Res ſic ſe habuit. Res ita geſta eſt.

Res ita peracta eſt.

La cosa è ridotta a tal stato, che s'Iddio non rimedia faremo male.

Res, in eum locum deducta eſt, ut, niſi Deus nobis ſubueniat, maximis officiemur incommodis.

In eum ſtatum negocium peruenit, ut, niſi Deus nobis opem præſtiterit, actum ſit de ſalute noſtra.

In

L

In eã cõditionẽ res deuenit, vt, niſi Deus nos benigne reſpicias, maximas ſim⁹ calamitates ppeſſuri.

La coſa della pace va, come deſideraui.

De pace ita eſt, ut optabas.

De pace euenit, pro ut ſperabas.

De pacis ſtatu ita fit, vt deſiderabas.

La diligenza tua la conoſco alle ſpeſſe tue lettere.

Crebræ tuæ ad me literæ tuam mihi diligentiam demonſtrant.

Tuarum ad me literarum frequentia tuum meis in rebus diligentiam deſignat.

Tuæ literæ, quæ ad me crebro deferuntur, magnũ tuæ vigilantiæ argumentum declarant.

La diligenza del precettore dà a i ſcolari grandiſſimo frutto.

Præceptoris ſolertia maximũ diſcipulis fructũ affert

Vigilans moderatoris cura ſummo diſcipulis eſt adiumento.

Ludi magiſtri ſtudiũ maximũ auditoribus cõfert emolumentum.

Diligens præceptoris cura incredibilem diſcipulis vtilitatem parit.

Acurata moderatoris prudentia non parum diſcipulis fructum comparat.

La diligenza tua tanto piu m'è grata, quanto piu non è ſforzata.

Tua diligentia eo mihi iucundior eſt, quia uoluntariam intelligo.

Tuum

Tuũ ſtudiũ eo mihi gratius eſt q̃ ſpõtaneũ uideo.
Tua ſollicitudo, et cura, tãto mihi acceptior eſt, q̃ tua ſponte factam animaduerto.
La deliberation mia non merita riprenſione.
Meum conſilium non eſt accuſandum.
Mens mea non eſt accuſatione digna.
Conſilij noſtri deliberatio caſtigationẽ nõ meret.
Meũ conſiliũ nõ eſt tale, vt iure poſſit repræhẽdi.
L'eloquenza gia era perduta.
Iacuit multos annos maieſtas oratoria.
Squalenti quadam barbariæ balbutientes lingua aſpernauit inſcitia.
Oppreſſa fuit Romani ſermonis dignitas tyrannide barbariei.
Delituit Romanę linguę ſplẽdor inter Gothorũ, et Vandalorum reliquias.
L'eloquentia ſuſciterà.
Nunc veteres illæ Gothorum reliquiæ exulare incipiunt, herbamque latino candori porrigere.
Nuſquàm gentium non conſpiratur ad proſtigandam barbariem, perque enſes & per ignem ad id negotij. currunt omnes.
Spero ſanè oẽs Vãdalico morbo laborantes ꝑpe diẽ talaris ĩduturos, haſtãq; cũ clypeo re ecturos.
L'ingiuria è picciola. ma lo ſdegno è grãde.
Offenſio parua eſt, ſed animi indignatio maxima.
Iniuria perexigua eſt, ſed ſtomachi perturbatio acerrima.
Iactura tenuis eſt, ſed animi excãdeſcẽtia ſũma.

L

La fortuna, m'ha ridotto a queſta diſgratia.
In eum me caſum fortuna impulit.
In hoc infortunium me ſors induxit.
La gratia, tua che non è mai mancata, m'ha obligato a te.
Tua gratia, quæ mihi numquàm defuit, me tibi obnoxium reddidit.
Tua munificentia, quàm mihi ſemper paratiſſimã inueni me tibi deditum præſtitit.
Tua liberalitas, quę meis in rebus me nũquàm deſeruit, me tibi totum deuinctum effecit.
La grandezza delle tue uirtù, fa che io te honori.
Magnitudo uirtutum, quibus te prędituꝫ eſſe uideo, impellit, me ut ſummo te honore proſequar.
Amplitudo uirtutum, quibus te exornatum perſpicio, adducit me ut te plurimum obſeruem.
Splendor tuarum uirtutum, quę te ſemper illuſtrẽ redãiderũt, cogit me, ut te glorię inſignibus ornẽ.
La libertà de buoni per la maluagità de' cattiui è oppreſſa.
Improbitate malorum, oppreſſa eſt bonorũ libertas
Perfidorũ neqtia bonorũ ſtatꝰ eſt turpiter infectꝰ.
Proteruorum facinore extincta eſt ꝓborũ libertas
Iniquorum ſcelere perturbatus eſt proborum bene uiuendi curſus.
La memoria della noſtra amicitia antica mi è molto carà.
Priſcę noſtrę neceſſitudinis cõmemoratio maximũ

mihi

mihi gaudium affert.
Nostræ uetustæ famigliaritatis memoria mihi gratissima est.
Ex antiquæ nostrę beneuolentiæ commemoratione maximam uoluptatem capio.
La ricordanza della buona uolontà mi è si cara, che uorrei, che durasse in perpetuo.
Memoria tui erga me animi adeò mihi grata est, ut eã perpetuò conseruari desiderem.
Memoria tuæ erga me uoluntatis ita mihi iucundissima est, ut eam sempiternam cupiam.
Memoria tui erga me amoris, ac beneuolentiæ ita mihi acceptissima est, ut nihil magis exoptẽ, quã ut me semper diligas.
Lascia da parte le sofisticationi.
Dimitte sophisticationes.
Sis sophistices hostis ac perfuga.
In spinosos sophisticos magna libertate debacchare
Cum sophisticis non minore animo depugnes, quàm olim cum monstris Hercules.
La tua uenuta è grata a tutti.
Tua ad nos profectio omnibus uoluptatem impendet.
Summo studio ab omnibus expectaris.
Tuus ad nos profectus omnibus erit pergratus.
La tua patientia dechiara, quanto sei d'animo forte.
Tollerãtia tua satis clare ostendit, quã forti animo sis.
Patiẽtia tua apertè declarat, te uirilẽ animũ hẽre.
Quã strenuo, & cõstãti animo existas, maxima tua tolle-

tollerantia demonſtrat.

Lauda queſto ogn'uno.

Probant hoc omnes.

Nõ ſentẽtijs omniũ modo, ſed et ſtudijs hoc cõpro
Omnium calculis hoc probatum eſt. (*batur.*
Vno ore hoc probant omnes. Hoc reprobat nemo.
Hoc omnium calculis, punctiſque approbatur.
Publico omnium ſuffragio hoc probatur.

Laudano tutti te.

Laudant te omnes.

In te laudis aceruos omnes extruunt.
Omnes & tuam doctrinam, & eruditionem admirantur, prædicant, atque in Cœlum ferunt.
Te omnes peritorum decus, te ſolem, te lunam faciunt, & ſplendidiſſimis titulis ornant.
Omnes tuæ uirtutis perſuaſione, ac eruditionis lepore ducti, te laude multa dignum cenſent.
Omnes ingenium tuum ſuſpiciunt, & doctrinam ſingularem tuã mirificis laudibus proſequuntur.
Oẽs teſtimoniũ reddunt ampliſſimũ pfectæ laudi.
Virtutis tuæ conſtans opinio in omnium pectoribus uiuit, omnium linguis celebratur.
Omnes tuas virtuteis immortali cantu ſacris implent præconijs.
Tantæ laudes in te conferuntur, ut uix ullas feceris alijs reliquas.
Publicæ famæ præconio commendaris.
Nemo extat, qui gratæ oratione tua laudes non cupiat celebrare.

Omnes

Omnes tuo ingenio penè cęlesti, eruditioni singulari iudicio longè acerrimo multum tribuunt.

Estat posteros perpetuum doctrinæ beneuoliq; animi tui testimonium.

Maxima sunt tuarum laudum apud omnes p̄conia.

Laudano te tutti, & ti amano.

Laudant te omnes & amant.

Nusquàm gentium non sunt, qui tibi impense fauent, nec fauent modò, uerum etiam colunt.

Omnes magis, atque magis exosculātur egregium, ac prorsus Heroicum animum tuum.

Candorem illum tuum libenter, ut debent, amplectuntur omnes, uenerantur, exosculantur.

Te ob excellentem doctrinam omnes maximi faciunt, amant, amice honorant, obseruant.

Habent uirtutum tuarum p̄cones nō parū multos.

Laudano tutti la tua openione.

Omnes probant tuam sententiam.

Omnes tuæ sententiæ album addunt calculum:

Omnes subscribunt tuæ sententiæ.

Tuæ sententiæ suffragantur omnes.

Tuæ sententiæ refragantur nulli.

Laudi conuenienti a principe.

Hercules Estensis, Principum qui in terris agunt amplissimus.

Nullum sapientiæ genus, quo hic noster princeps non sit præditus.

Animū habet optimis, ac Principe dignis rationibus imbutum.

Est

L

Est princeps animo excelso, infracto, inuicto, & omnibus humanis rebus superiore.

Hic princeps quantum alios felicitate superat, tãtum anteit & sapientia.

Ea est suæ naturæ bonitas, ea mentis integritas, ea uis ingenij, ea sub incorruptissimis præceptoribus institutio, ut spes certissima sit. Ferrariam incruentam semper & tranquillam fore.

Integri virique Christiani principis simulachrum omnibus ostendit.

Tam bono principi quid non debet Ferraria?

Breui & efficaci via populi mores corrigit incorrupta principis uita.

Tam salutaris est suæ Reip. princeps, ut quemadmodum a Plutarcho dictum, est sit viuum quoddam Dei simulachrum.

Hercules princeps ut est optimus, ita potẽtissimus.

Incorruptus tanti principis animus, est una populi tumultuantis, ueluti sacra anchora.

Hercules. Estensis integerrimi principis titulo dignus est, ut qui nõ Rẽp sibi, sed se Reip. dicauerit.

Princeps est omnibus uirtutũ numeris absolutus, omniumque bono natus. (datus.

Princeps est subleuandis rebus mortaliũ a supis

Nostro principi plusq̃ paternus est in oẽis aĩm⁹.

Princeps hic noctes, ac dies, nihil aliud agit, nititurq; quam ut optimè sit omnibus.

Hic princeps adeò cupit de ciuib⁹ suis benemereri, ut si necesse sit, nõ dubitet suo periculo illorũ ĩcolu-

mitati consulere.

Princeps hic nullum sibi reliquit otium, quo patriæ suæ liceat in otio uitam agere.

Laudar meritamente non ti posso.

Dignis te efferre laudib⁹ oīs mei ingenij uis nō posset.

Quid meus laudum tuarum præconia lituus?

Ero, & si non idoneus, tamen beneuolus, tuarū laudum buccinator.

Maiori tubæ debentur, tuæ laudes.

Tuæ laudes sunt plectro meliore canendæ.

Aeternum tuæ laudis præconium merito honore non ualeo prosequi.

Non efficere possem præconio meo, ut claritati tuę maius quippiam splendoris addatur.

Non ad unguē nostra ista tumularia latinitas tuarum uirtutum encomium repræsentabit.

Tanta est tua gloria, ut nullius laude crescat, nullius uituperatione minuatur.

Vtinam par esset ingenium laudibus tuis, ut cupiditati meæ satisfacerem.

Non spero me naturali facūdia parē tuę laudi fore

Non est par meus lituus pſonandis tuis laudibus.

Tuæ laudes latius diffuſę sunt in literarum monimentis, quàm ut a me perstringi possint.

Ex meo perexili lituo, haud altius insonare queūt tuæ laudes.

Laudar ti posso come meriti, *vt supra.*

Laudarà il tuo fatto ogn'uno.

Durabit ad posteritatem tua uirtus.

Tuæ

L

Tuæ uirtutes in ſtuporem poſteros deducent.
Viuis ipſe, & per hominum ora uolitabis.
Tu unus omnium laudes exhauries:
Nemini dubiũ eſt, quin tibi laudes omni præſtãti uiro, multi honores iã pridẽ, dignitateq; debeant.

Laudato ſerai, *vt ſupra.*

Lauderò te.

Laudes in te multas ore uno congeram.
Profiteor me identidem eſſe præconem, & buccinatorem tuæ ſingularis eruditionis.
Ero accerrimus tuarum laudum propugnator.
Homericam tuam Muſam miris in Cælum laudibus extollam.
Tacere tuas laudes non poſſum.
Implebo populum laudibus, ac meritis tuis.
Meũ ſtudiũ erit, tuas laudes encomijs celebrare.
Vbi ubi gentium degam, quò quò proficiſcar, multus mihi in ore uerſaberis.
Tuas uirtutes ubique locorum circunferam.
Ego ſemper mea qualibet exigua prædicatione, celebrabo.
Tuam admirablem doctrinã numquã nõ extollã, & pro quodam numine adorandum iubebo.
Te dicam non hominem eſſe terrenum, ſed ignẽ de cælo ſumptum.

Lauderò te, come hai laudato me.

Te ſic inuicem efferam laudibus, ut par pari relatum cognoſcas.
Viciſſitudinariam tibi laudationem rependam.

L

Laudati grandamente.

Magnifice te commendat. Magnificis te laudibus affi
Te incredibili laude prosequitur. (cit.
Te suis laudibus in cęlum euehit.
Te maximis laudibus extollit.
Laudibus innumeris hominē super astra ferebat.
Laudes in te aceruatim effundit.
Est tuarum laudum tibicen.

Laudato esser meritata.

Est nullo laudum genere non afficiendus.
Dignis est celebrandus encomijs.
Neminem conuenio (conuonio autem plurimos) qn
omnes eum maximis laudibus in Cęlum afferant.
Est publico prçcone dignus
Est dignus, cuius laudes doctissimi qq; prædicent,
decantent, buccinentur.
Dignus est, quē oī laudū genere prosequantur oēs.
Dignus est, cui effusissimè tribuantur laudes.
Dignus est, cuius encomia decantent omnes.
Publicis encomijs prædicandę sunt suæ uirtutes.
Dignus est, qui eximia laude ornetur.
Amplissimus laudibus est honestandus.
Dignus, est quem humanissimus quisque laudibus
honestare cupiat.
Inter Illustrissimorum hominum laudes ornatissi-
mus locus suæ gloriæ relictus est.
Eum certatim laudant omnes.
Omnes de eo honorificè loquuntur.
In eum laus omnis conferitur.

In

L

In eum laudem congerunt, coaceruant omnes.
Eo uno laus omnis inferior est.
Homo est cælitus dimissus, qui nulla nisi cęlesti & plusquam humana laude est celebrandus.

Laudato è stato.

Mira & incredibili laude fuit affectus.
Insignem laudem est adeptus.
Laudem non vulgarem consecutus est.
Insignem multorum iudicio gloriam reportauit.
Immortalem laudem sibi peperit.
Summa laude fuit honestatus.

Laudato sarà.

Suis monimẽtis immortalitatẽ apud posteros sibi pa
Extruxit monimentum ære perennius. (rauit.
Reliquit quo se uixisse testetur.
Reliquit perpetuum suæ gloriæ monimentum.
Suis præclaris operibus posteritatem sibi deuinxit
Immortalitatem nominis sibi conciliauit.
Reliquit posteris admirationem sui nominis.
Nomen æternum sibi peperit.
Memoriã sui nominis e situ & puluere uindicauit

Laudato esser non voglio.

Tam immodicę laudes neque meo pudori, neq; medio critati conueniunt.
Ex laudibus, quas in me effundis, nihil decerpo, pter animum meo nomini impense fauentem.
Laudes nõ agnosco, quas mihi cãdidè magis, quã uere tribuis
Laudi me piu, che non merito.
Laudas me nimis, & plusquàm merui.

Nimias laudes in me aceruatim effundis, sed quas nihil promeritus sum.
Ex laudibus, quas in me glomeratim exaggeras, nihil omnino agnosco.
In me unũ immerẽtẽ laudes agminatim glomeras
Nimis magnificè de me, meoque ingenio sentis.
Efficacissimas mihi tribuis laudes.
Quas in me congeris laudes, ab humanitate magis, quam a iudicio progestas scio.
Proprijs omnino laudibus, quas de me p̃dicas, ipsa fauerẽ, nisi cõsciẽtia mea taliteſtimõio redamaret
Totam illam laudationem, quam in me spargit, sic quidem accipio, vt illam non meis meritis, sed tuæ humanitati assignem.
Ex tuis in me laudibus irrideri me putarem, nisi persuasissimum haberem, te nimio amore falli, quẽ solere ait Plato in iudicijs cæcutire.

La virtù di Cesare à tutti è nota.

Cæsaris virtus omnibus est perspecta.
Omnibus Cæsaris uirtutes notas esse arbitror:
Omnibus etiam rudibus præstantem Cæsaris virtutem cognitam esse censeo.

La vita de gli huomini da bene m'ha sempre dilettato.

Honestam proborum hominum uitam uiuere me semper plurimorum delectauit.
Bonorum hominum uita summa me semper delectatione affecit.
Bene viuẽdi ratio, maximã mihi semp delectationem

nem attulit.

Le buone lettere in Bologna fioriſcono.

Mirum eſt dictu, quàm Bononiæ paſſim, quàm denſim ueterum literarum ſeges efflores cat.

Apud Bononienſes triumphant bonæ literæ.

Barbarios Bononia exceſſura uidetur extrema poſuiſſe ueſtigia.

Bononiæ triumphant recta ſtudia.

Bononiæ erigunt ſeſe rectaſtudia.

Le coſe, che per me hai fatte; mi ſon ſtate molte grate.

Quæ pro me egiſti, gratiſſima mihi extiterunt.

Quæ pro me ptractaſti, acceptiſſima mihi fuerũt.

Quę pro me curaſti, mihi fuerunt probatiſſima.

Le forze mi mancano.

Vires deficiunt. Vires mihi eneruantur.

Animus mihi languet, cadit.

Facultates mihi minuuntur.

Legge gran parte del giorno:

Per magnam partem dici legit.

Melior diei pars lectionibus uarijs ei teritur.

Bonã diei ptẽ lectionibus bonorũ autorũ collocat:

Legile quando hauerai il tempo.

Lege, hæc, cum fuerit otium.

Cum a ſerijs occupationibus fueris feriatus, hęc qualiacunque, ſunt, trar legere ne ſpreueris.

Hęc legas dum a politioribus humanitatis ſtudijs iam pridem feriatus ſis.

Cũ a tibi grauiorib⁹ ſtudijs otiũ ſuppetet, hęc legas.

L

Leggeno tutti Cicerone.

Quantum cogitatione complecti poßum.
Quanto haurei riſo, s'io foſſi ſtato preſente.
Quos ergo riſus excitaſſem, ſi affuiſſem.
Site coram adijſſem, riſus maximi affluißent.
Quel, ch'io ho penſato per te, ti ſarà, molto utile.
Quod p te excogitaui, magnũ eſt tibi lucrũ allaturũ
Quod mihi pro te in mentem, uenit maximum eſt tibi emolumentum præſtiturum.
Quod pro te mente reuolui, maximos tibi fructus afferet.
Quel, che ſi dice dell'armata è falſo.
Quod de claſſe fertur, falſum eſt.
Quod de claße impingitur, uanum eſt.
Quod de claße dicitur, riſibile eſt.
Quod de claße quod obijcitur, mẽdaciũ eſt.
Quel piacere, che farai a Ceſare, reputa farlo a me.
Quæcunque officia in Cæſarem contuleris, ea omnia in me collocata arbitrare.
Quibuſcunque Cæſarẽ beneficijs obſtrinxeris eiuſdem me obnoxium reddes.
Quicquid ſtudij, ac diligentię Cæſari, cãm expoſueris,

ris, id ipsũ in re te mea exposuisti, existimes uelī.

Quell'è vera laude, che procede da huomini lodati.

Ea est firmissima laus, quæ prouenit ab his, qui gloriosissimè viuunt.

Ea est vera laus, quæ a celeberrimis viris plurimum decantatur.

Ea est vera laus, quæ a viris laudatis profiiciscitur.

Quello è vero honore, che nasce dai fatti.

Is verus est honor, qui non ex verbis nascitur, sed ex re ipsa.

Ea est vera nominis existimatio, quæ non ex sermonibus, sed ex rebus ipsis deducitur.

Quelli c'hanno visto, possono render testimonianza di me.

Qui perspexerunt de gestis meis testificari possunt.

Qui viderũt, firmam fidem præstare possunt, quo modo me habuerim.

Qui interfuerunt, testes sunt de his, quæ a me gesta sunt.

Questa cosa mi piace molto.

Hoc est mihi pergratum.

Hoc me plurimum delectat.

Hoc mihi valde placet.

Hoc est mihi admodum iucundum:

Questa cosa l'ho molto a caro.

Hæc res est plurimum mihi cordi.

Nihil est, quod sit mihi maiori curę, quã hæc res.

Id mihi

Q

Id mihi maxime cogitatione eſt.
Queſta coſa appartiene a me.
Hoc meum eſt onus. Hoc mea intereſt.
Hoc ad me attinet.
Hoc ad me ſpectat.
Hoc meum eſt negocium.
Queſta coſa ti ſarà di grand'honore.
Hoc ſummo tibi erit ornamento.
Hoc magno tibi erit honori. (latura:
Hęc res tuæ exiſtimationi magnũ eſt quomodo al
Queſta coſa ti ſarà molto vtile.
Hoc magno tibi erit adiumento.
Hoc ampliſſimum tibi emolumentum præſtabit.
Hoc tibi multum vtilitatis afferet.
Hoc maximos tibi comparabit fructus.
Queſta coſa ſi è chiara.
Hæc res nihil habet obſcuritates.
Hac in re nullam eſt dubitatio.
Hoc negocium nulla difficultate habet.
Hoc omnibus patet.
Queſta coſa non ſi dee tacere.
Hoc non eſt tacendum.
Hoc minimè prætermittendum eſt.
Hoc non eſt cum ſilentio relinquendum.
Queſte coſe mi vengono a memoria.
Hæc mihi occurrunt.
Hæc mihi ueniunt in mentem.
Queſta è coſa manifeſta a tutti.
Hoc palàm eſt. Hoc eſt perſpicuum.

Hoc

Q

Hoc liquidò constat.
Hoc notum est lippis (ut aiunt) & tonsoribus.
Hoc est domo sua cuique notius.
Hoc luce clarius est.
Hoc notius, est quàm sit Delia canibus.
Hoc omnibus prorsus obuium est.
Hoc nemo nisi cecus non discernit.
Hoc explorata fatetur ueritas.
Hoc expositione non indiget.
Hoc pro comperto habetur.

Questa fillaba è longa.
Syllaba hæc est longa.
Syllaba hæc debet protendi.
Hæc Syllaba producitur.

Questo appartiene al nostro amore.
Hoc amoris nostri esse puto.
Hoc priscæ nostræ beneuolentię esse uidetur.
Hoc nostræ uetustæ amicitiæ esse duco.
Hoc amicitiæ nostræ proprium est.

Questo è auuenuto per errore,
e non per mia colpa.
Hoc errore, & non culpa euenit.
Hoc facilitate magis, quam fraude factum est.
Hoc credulitati potius, quàm culpa obuenit.

Questo è quello, di ch'io voleua,
che tu sapesti:
Hoc est, quod te scire desiderabam.
Hoc est, quod tibi notum esse uolui.
Hoc est, quod te scire arbitratus sum:

Questo

Q

Questo è vitio di natura.

Hoc est a natura.
Id omnibus à natura insitum est.
Id à natura comparatum est.
Id nobis attribuit natura.
Id nobis natura perscripsit.

Questo libro lo dedico a te.

Dedico tibi hunc librum.
Patere obsecro, tui celeberrimi nominis titulũ operi meo facem quandam prælucerè.
Hoc opus tuo nomini proprium seruo.

Questo non si puo far con ragione.

Hoc non potest sapienter fieri.
Si postules hoc ratione certa facere, tu nihilo plus agas, quàm si des operam, ut cum ratione insanias.
Hæc res neque consilium, neque modum in se habet vllum.

Questo sta bene a dotti.

Hoc decet doctos.
Hoc manus doctos exigit.
Eruditissime cuiusque interest hæc munera obire:
Hoc decet viros primæ (ut aiunt) notæ.
Hoc ad primi ordinis uiros spectat.
Hoc non nisi politiori doctrina ornatis licet.

Raccommandantissimo mi è.

Mihi commendantissimus est.
Est hic homo mihi tum ob eximias ingenij dotes, tum ob officia in me non vulgaria sic commodatus vt commendatior esse non possit.

Raccoman-

R

Raccomandoti le mie cose.

Commendo tibi res meas.

Res meas, quas apud te deposui tibi etiam atque etiam commendo.

Ragionar voglio teco.

Volo parum te alloqui.

Paucis te volo.

Paucis est quòd te velim.

Paucis tecum agere velim.

Lubet paucis tecum agere.

Ragioniamo spesso di te.

De te sæpe numero apud nos sermo incidit.

Frequens de te mẽtio, & eadem illustris apud nos habita est.

De tuo candore plurimus, & frequens mihi cum omnibus sermo est.

Ragioneuol cosa è questa:

Hoc uerè rationes repertæ monent.

Suadet hoc ratio.

Hoc est a ratione minimè alienum.

Rallegromi, che sij ritornato saluo.

Saluum te aduenisse gaudeo.

Te sospitem in ciuitatem rediisse vtile est.

Gratulor tibi felicem reditum.

Gratia sit superis, quòd ad nos incolumis redieris.

Gratulamur tibi, & nobis, quod viuus, ac valens nobis restitutus sis.

Quòd incolumem te ac reducẽ vidimus, est, cur, magnopere gaudeam.

Ralle-

R

Rallegromi molto, che i miei benefici ti siano grati.

Gaudeo plurimũ mea tibi officia cõtigisse gratissima
Lętor sũmopere mea tibi bñmerita fuisse ꝑgrata.
Est mihi periucundum, quicquid pro tuo nomine fecitibi probatum iri.
Magna afficior voluptate, meam tibi operam abste plurimum approbari.

Rallegromi c'hai conseruata la tua fama:

Non parua afficior latitia, tui nominis existimationem te defendisse.
Minime dici posset, quantum gaudij susceperim, te, honorem tuum illæsum conseruasse.
Lætor plurimum famam te integram seruasse.

Rallegromi che la cosa nostra sia andata bene.

Rem nostram fęliciter gestam esse, mirum immodum gaudeo.
Negocium nostrum benè confectum esse, plurimum lætor.

Rallegromi della tua prosperità.

Gratulor fortunæ tuæ.
Gratulor fęlicitati tuæ.

Recrearai l'animo:

Recreabis animum tuum.
Te reficies, te reparabis, te recreabis,
Animum tuum relaxabis.
Recreabis afflictam mentem.
Animum tadio languentem excitabis.

Recreasi

R

Recreasi con le lettere humane.

Recreatur literis humanioribus.
Animum suum politioribus literis relaxat.
Animum suum melioribus literis præficit.
Mẽtem suam bonarũ literarum studio præparat.

Recuperato hai il primo grado.

Gradum pristinum recuperasti.
Tu pristino fastigio es restitutus:
Clarior illustriorque emersisti.
Es in integrum restitutus.

Ringratioti molto.

Amplissimas tibi gratias habeo.
Immortales tibi gratias ago.
Meritas tibi gratias habeo.
Magnam tibi gratiam refero.

Ringratioti quanto so, e posso.

Facere non possum, quin in singulas res, meritaque tua tibi gratias agam.
Tantum me tibi debere existimo, quantum persoluere difficile est.
Quod referre gratiam, ita, vt volebam, non possum, fortunæ debes imputare.
Vitam eam mihi superi concedant aliquando facultatem, vt possim hunc animum tui ardentissimum re potius, quàm verbis, declarare.
Quid referam tuo in me animo dignum, nihil habeo, nisi me ipsum, quem si alicuius esse pretij putas, totum peculio tuo ascribito.
Ego re, quàm verbis, tantum in me beneficium rependere

pendere malim.
Immortalis ago tibi gratias agamque dum viuã: nam relaturum me affirmare non possum.
Habeo tibi, & semper habebo gratias, non solum vt amico, sed vt homini doctissimo.
Quum gratias agere pares non queam, hoc faciã, quo ad mihi reliquum est, te amabo, te colam, te venerabor.
Gratias tibi tàm multas ago, vt quas alijs quam libet amicis agam, non habeam.

Ringratioti di quanto hai fatto.

Quò quanta fide mea negotia procures, pars gratias agere vix possum, referre nequaquam.
Quod hoc fecerisgratiam, & habeo, & habitus sum immortalem.
Quòd meis commodis studes, et habetur a me gratia, & semper habebitur.
Quò nos pro virili tueris, gratum est.
Fateor me tibi magnopere deuinctum esse.
Tibi a me & habetur, & refertur gratia ingens:

Ringratio Cesare cagione della tua amicitia.

Maximas Cæsari gratias ago, qui tam consequendi familiaritatem mihi materiam obtulit.
Ingentes Cesari habeo gratias, qui mihi causam præbuit, vt me tibi amicitia coniungerem.
Cæsari magnam refero gratiam, qui mihi, vt te amarem, causam dedit.

Ringratio

R

Ringratiato ho molto Cesare:

Pluribus uerbis Cæsari gratias egi.

Multo sermone Cæsari gratias habui.

Longa oratione Cæsari gratiam retuli.

Renderti il cambio non posso.

Quòd nullã tibi tuisq; meritis gratiam referre queã est cur immensum doleam.

Animo meo nullũ vnquã incommodũ accidit acerbius, quam q̃ nunc tibi cui immensam gratiam debeo, ne mediocri quidẽ referẽdi suppetat facultas.

Doleo me tantam tuam in nos humanitatem non posse ex æquo reponere.

Ego quibus uerbis isti tam prompto, tam liberali in me animo gratias agam, non reperio.

Quibus tandem uerbis pro hoc tuo erga me animo gratias habiturus sim, nescio.

A me nullas officij uices possis sperare.

Renduto ha il beneficio.

Officium reddidit.

Merita præstitit.

Beneficia contulit.

Benemerita retribuit.

Riputato t'ho sempre sauio in ogni cosa.

In capiundis consilijs te summa prudentia uirum semper existimaui.

Semper te in consilijs administrandis optima fide uirum censui.

In rebus bene gerendis, te singulari prudentia præditum semper esse cognoui.

R

Resta adunque.

Reliquum est igitur. Restat igitur.
Superest igitur.

Restami, che parliamo insieme personalmente.

Superest, ut coram sermonem habeamus.
Reliquum est, ut una loquamur.
Restat, ut nos simul conueniamus.

Ribaldo è.

Homo est omni sceleris genere inquinatus:
Est omnis amentiæ, omnisq; sceleris socius.
Est omnium colluione uitiorum contaminatus.
Grauissimus quibusque criminibus est obnoxius:
Est quædam Lerna sentinaque uitiorum.
Nullus est suorum scelerum modus.
Est doctus Syllam scelerum superare magistrum.
Est ipsa nequitia nequior.
Est quauis peste pestilentior.
Suis moribus nihil asperius.
Suo pectore nihil est nigrius.
Scelestiorem certo scio uidisse me nunquam.
Est trifurcifer quidam.
Est uir uel cruce dignus.

Ribaldissimo sei. (des.

Peruersissimus es, q malo alieno, uel pasceris uel gau
Indignus es cui nũquam bene sit, qui malis gaudes alienis.

Ricco è.

Est abundè dives.
Ingens habet diuitiarum pelagus.

R

Illi abunde suppetunt diuitiæ.
Nihil suæ opulentiæ deest.
Est bene nummatus.
Vix cederet opibus Cresi.
Ipse Mida est gazis & lydo ditior auro.
Est ita diues, vt nummos metiatur.
Est auri ditissimus.
Est Arabis ditior.
Est lysicrates alter.
Est copiæ cornu.
Habet lac gallinaceum.
Est dextro hercule natus.
Est uir prædiues.
Est nullius indigens Deus.
Cresum opibus vincit.
Est crasso locupletior.
Ricompensarò la tua fatica.
Gratiam tibi referam.
Reponam tibi meritum.
Rependam tibi officia.
Respondebo tibi merrtis tuis,
Iæneratum hoc beneficium tibi pulchre dices.
Dispeream, nisi beneficium tibi conduplicauero.
Par ero beneficijs acceptis.
Efficiam, vt tuum in me officium ad te non sine Fœnore redeat.
Hęc tuę in me pietatis officia, multo fœnore remetiar.
Ricompensarti non posso.
Ego si me tm, quantus sum, pignori opposuero, nulla ex

ex parte possem soluendo esse.
Ego si amplissima, planeq; regalia munera reponerem fateor me tuis beneficijs imparem esse.
Tanta sunt tua in me merita, vt quamuis dicendi copiam suberent.

Ricompensare non possiamo il padre, nè la madre.

Nemo parem referre gratiam parenti potest, ne malo quidem.
Nec malo parenti quisquã parem referre gratiã potest.
Non potest par gratia rependi patri vel matri.

Ricordo buono mi dai.

Monesrectè. mones amicè. Placidè admones.
Sincerè consulis. Obiurgas amanter.

Ricordeuole sarò di te.

Tuorum in me beneficiorũ memoria nunquã consenescet, intercidet, emorietur.
Quicunque me terrarum angulus est habitaturus, tuorum in me beneficiorum memor ero.
Tui apud me vnquã est interitura memoria.

Ricordanza sarà di te.

Ipse tibi tuis scriptis extruxisti munimẽtũ ære pẽnis
Vir es cum primis insignis, & æternæ memoriæ hominum commendatus.
Tuum nomen erit immortale.

Ricordanza di questo non è.

Hoc post memoriam hominum contigit nemini.
Huius rei non extat memoria.

Hoc

R

Hoc factum est post hominum memoriam.
Nulla super hoc inualescit memoria.
Ricorderomi sempre delli tuoi benefici.
Tua in me merita nunquàm mihi ex animo dilabent.
Immortalia tua erga me benemerita, assidua memoria contemplabor.
Tuorum erga me mritorum memoriam, nulla vnquàm delebit obliuio.
Dies ac noctes tuorum erga me officiorum memoriam tenebo.
Tua erga me bñficia nũquã à memoria discedẽt.
Ricordati dell'amicitia nostra.
Cura, ut familiaritatis nostræ memoria habeas.
Fac, ut necessitudinis nostrę memoriam teneas.
Cupio, ut amicitię nostrę memoriam nulla delat obliuio. Velim, ut amicitię nostrę coniunctio ppetuę memoria tibi sit.
Ricordati di questa cosa.
Hoc tibi curę sit. Hoc memorię teneas uelim.
Cura, ne obliuiscaris.
Hoc sedulo in mentem habeas, uelim.
Hoc semper animo complectere.
Ricorrono tutti a te.
Confugiunt ad te omnes.
Fit frequens concursus ad te.
Te uelut patronũ, & spei anchorã oẽs conspiciũt.
Sanctissimis pedibus tuis se se omnes aduolunt.
Conuentus ad te clarorum hominum ex omni patria celebres fiunt.

R

Ricetto delle lettere.

Ho riceuute le tue letrere.

Accepi literas, accepi abs te literas.

Attulit mihi Cæsar literas tuas.

Redditæ mihi fuerunt literæ tuę.

Reddite mihi fuerunt abs te literæ.

Reddita est mihi epistola tua.

Tuę mihi literę delatę fuerunt.

Tuæ mihi literę p Corneliũ fuerũt assignate.

Accepi epistolam, quam ad me scripsisti.

Reddidit mihi Cæsar literas tuas.

Accepi, quas ad me Cęsari dedisti literas.

Riceuute ho le tue inuetiue.

Tue cõuiciatoriæ epistolæ ad me vsq; penetrarũt.

Omnia imples rumoribus inimicis, nẽt tuę famæ cõsulis.

Inuectiuarum sagittas in omnes vibras.

Ridiculosa cosa è questa.

Hoc est risu dignum.

Hæc res est pfectò iocosa, & risu digna Catoniano.

Quis in ac re sed a chachinnis temperaret?

Quis risui parceret?

Quis risum cohiberet, quum tutam lepidẽ iocaris?

Quis huc de cem non euocet Democritos?

Satis haberent decẽ Democriti, quod hic riderẽt.

Ridere comincio.

Solutus sum in risum.

Iam Democritum ago.

Vultum risu solui.

R

In risum progressus sum.

Rincrescemi hauer studiato.

Studiorum meorum me capit pœnitudo, tanquam qui nullam frugem attulerunt.

Me piget laboris literis impensi.

Nonnunquam mearum uigiliarum propemodum me pœnitet.

Riposarsi alle uolte bisogna.

Omnia indigent recreatione.

Omni uitæ institutioni suo lusus concedimus.

Studij etiam ipsi aliquid lusus nõnunquam permittitur.

Danda est etiam literis ipsis remissio.

Sunt etiam Musis sua ludicra.

Mista Camœnis otia sunt.

Riprende li uitij di altri.

Corrigit uitia aliena.

Nota curuos mores.

Vitia aliena censoria nota perstringit:

Alios carbone notat.

Riputato è niente.

In æstimatione quorum uilescit:

Nulla de eo in bonum fama celebratur.

Eum magis, quàm Thersitæ genus despiciunt.

Risposi à una lettera tua, uengo alla risposta dell'altra

Primis literis tuis respondi, uenio ad alteras.

Vni epistolæ respondi, uenio ad alteram.

Primæ epistolæ satisfeci, nunc ad alteram accedo.

R S

Risueglia Cesare.

Excita Cæsarem. Excute eum somno.
Eius somnum excutias.
Educ hominem è tenebris Morphei.
Excita Cæsarem à somno.
Curà Cęsarem à somno excitari.

Ritorniamo al proposito.

Redeamus ad rem.
Vt illuc, vnde abij, redeam.
Ne nostra in immensum paulatim excrescat oro.
Vt eò, unde digressa est, nostra se referat oratio.
Vt ad rem recurrat oratio.

Sai niente.

Nihil scis.
Nondum proluisti labra caballino fonte.
Non tibi Gorgonei mens fuit vncta uadis.
Fonte nec Aonio pectora tincta lacu.
Non tua Castallias coluere pęmata Lymphas.
Nunquàm Phocacium, nec tetigere lacum.

Saluta Cesare, & gli altri amici per parte mia.

Saluta Cæsarem nomine meo.
Meis uerbis Cæsarem salutabis accuratè.
Familiares nostros nominatim meo nomine salue-re iubabis.
Cæsari, cæterisq; amicis nostris salutem meis uer-bis annuntia.
Cæsarem iuuenem iusta modestum ac eruditũ, quę-so, ne graueris meo nomine salutare.

Cæsarem

Cæsarem omnis humanitatis antistitem diligẽter, & meo nomine saluta.

Sanar non si può.

In eis diluendis uulneribus Gorgonei fontis defluuia non sufficiunt, me Chironia manus.

Sanar si può in diuersi modi.

Huic morbo facilè mederi possumus.

Hoc poculum te febre leuabit.

Animi morbos sanat Philosophia.

Theologia morbos animi pellit, medicatq;.

Vinum leuit crutiatum dentium.

Malua leuat tormenta ueteri.

Somnus mitigat, sedat, sopit, leuat dolores capitis

Cicuta obsistit ebrietati.

Sapendo qualche cosa son obligato à te.

Debeo tibi quicquid habito doctrinæ.

Siquid in me est doctrinæ, & siquid prẽter hominis effigiem, habeo, id tibi iam nunc, ut par est, libens ingenueque acceptum refero.

Sapperà con il tempo.

Sapiet cum tempore.

Progressu temporis sapiet.

Sappi che istimo Cesare quanto merita la sua uirtù.

Scias Cæsarem tanti a me fieri, quantum eius uirtus exposlulat.

Cæsarẽ tanti a me fieri quãtũ meretur eius uirtus

Ego Cesari tantum attribuo, quantum uidetur exigere eius uirtus.

Sappi

Sappi questo per certo.

Hoc sic habeto. Hoc exploratum habeas.
Hoc crede mihi. Hoc ratum habeas.
Hoc existimes, uelim.
Hoc tibi persuadeas uelim.
Hoc unum sic habeto.

Saper poi facilmente quanto
mi sei caro.

Quam mihi charus sis, non obscurè intelligere potes:
Quàm te gratum habeam, potes facile cognoscere.
Quã mihi acceptus sis, clarè potes animaduertere.

Sauio huomo è.

Homo est singulari sapientia præditus.
Homo est spectabilis sapientiæ.
Est perspectissimus sapientiæ exemplar.
Sapientiæ radices in eo prospicere est.
Est ornatissimæ sapientiæ uir.
Est nomine sapientiæ admirandus.
Est uiro cuius sapientiæ nihil deest.
Est uir, omnibus ueræ sapiẽtiæ dotibus cumulatissimus.
Est Catone sapientior.

Scacciaranno l'ignoranza.

Expugnabunt barbariem.
Latinæ literæ in dies magis magisq; efflorescunt.

Scelerato, è uecchio Ribaldo
Scolari assai ha in scuola.

Habet multos auditores.
Est illi frequens auditorum.
Est illi non infrequens auditorum turba.

S

Theatrum habet, et cõuentum quã frequentissimũ

Vide. H.

Scriue, ouero compone elegantemente.

Scribit eleganti scriptura.

Scripta sua sunt miro verborum cultu expolita :

Nil scribit, nisi ingenio perfectum, et industria elaboratum.

Scriptis suis nihil põt esse, neq; doctiꝰ, neq; lepidiꝰ.

Scriptorum suorum genio delectantur omnes, tam lepida sunt.

Scripta sua diuinitate quadam sententiarũ atque verborum copia, aurei fluminis instar exuberant.

Multum ei inest eruditę facilitatis.

In scribendo videtur esse Gratiarũ choro stipatus

Stylus Longolij est apertus, simplex, modestiæ plenus, doctus, ac perpolitus.

Scripta sua sunt Demostenis lepore exculta.

Scripta sua sunt miro lenocinio phalerata.

Scripta sua sunt elegãti, ac absoluta verborum cultura elaborata.

Scripta sua nõ sũt a Romani eloqi puritate aliena

Scripta sua sunt venustissimis delectis verbis ac sententijs plena.

Illi perpetuum est peculiare, & proprium. quàm eruditissime scribere,

Quæ scribit, abunde lectorem reficiunt, tàm grata sunt, & elegantia.

Sua scripta eximiã dicendi facultatem referũt

Scripta sua sũt oĩ elegãtiarũ genere ornatissima

Scripti

S

Scritto ha assai il nostro maestro.

Præceptor scripsis multa.

Multa ex secretarijs doctrinarũ habita eruere, atque promere elaborauit præceptor.

Præceptor suo labore tã clarus est, ut scripta sua omnium manibus terantur.

Scriuerti non ardisco.

Scribere ad te non audeo.

Pudor me prohibet, hominem tennis fortunę, nulliusque ꝑpemodũ autoritatis, ad te literas dare: Neq; ego ad te scribere auderẽ, nisi incredibilitua humanitas literas mihi ex intimo corde, quodam quasi suo iure extrudisset.

Impudentiæ culpam deprecor, quod tantulus ego ad tantum hero ascripserim.

Ego alioqui modestus, imò timidus, & mihi parũ fidens, uereor ad te scribere,

Nec fortuna mea, nec eruditio, nec ulla oĩno uirtus huiusmodi est, ut licitũ mihi putẽ scribere ad te.

Scriuere tu m'hai fatto.

Nisi tua me animasset, admirabilis humanitas; & beneficentia inuitasset, manum calamo, nisi te impulsore, non admouissem.

Scriuer non uoler nelle lettere i secreti.

Non omnia literis sunt commitendá.

Caue quorum vitæ, vel honoris periculum immineat, literis committas.

Scriui qualche cosa, p mostrar, che sei viuo.

Aliquid scribas, quo te vixisse testeris.

Hæc

Hæc pluribus de te uerbis scripsi, quàm decreuerã, Fui longior, quàm putaram.

Scriuerò longamente con più commodità

Pluribus ad te scribam cum plus ocij nactus fuero. Plura scribam cum commodiorem scribendi facultatem habuero. Longiori utar epistola, cum mihi maior temporis opportunitas fuerit oblata.

Scriuendomi che tu m'ami non mi scrini cosa nnoua.

Noui mihi nihil nuncias, cum me abs te plurimũ amari significas. Nihil mihi noui declaras, cum tuũ erga me amorem beneuolentiamque demonstras. Non est mihi nouum, me abs te mirum immodũ diligi.

Scriuimi spesso.

Fac sæpe ad me scribas. Fac, vt sæpius tuis me literis visites. Fac, vt crebrius tuæ ad me literæ deferantur. Fac, ut sæpius per literas mecum agas.

Scristi queste cose acciò intendesti l'animo mio.

Hæc ad te scripsi, vt animum meum agnosceres. His te admonui, vt mentem meam intelligeres. Hæc tibi exaraui, vt voluntatẽ meã perspiceres Hęc tibi nota esse volui, vt consilium meũ acciperes.

Scriuere

S

Scriuere non uoler nelle lettere i secreti.

Tu cane, ne quid ad nos scribas periculose, nam literę frequenter intercipiuntur.

Cauendum ne cui uis committantur epistolę, quæ aliqd latentis consilij habent. Vide etiam superius.

Scriuimi spesso.

Fac ad me quàm sæpissime scribas.

Expectamus omnino non epistolam, sed ingentem literarum sarcinam.

Fac, ut frequenter ad nos scribas, saltẽ ut ualeas.

Scriuerotti hauendo tempo.

Dum fuerit otium, scribam ad te.

Simul atque me laboribus non nihil extricauero, libebit uel iustis uoluminibus tecum congredi.

Simul atque dabitur otium, non literis modo, uerũ etiam iustis uoluminibus te onerabo.

Tibi scribam, cum otiũ contigerit, & nuntius paulò certior.

Scriuerotti, per non monstrarmi ingrato.

Scribam ad te, ne sim ingratus.

Meis literis tibi me non ingratum fuisse testabor.

Cum decebit, declarabo scriptis saltẽ, me nõ omnino immemorẽ tãtę; tãq. essuę in me beneficẽtiæ.

Scribam ad te ne officiũ tuum in hominem parum memorem, parunq; gratum collocaße uidearis.

Ego præstabo, ne possim meo merito dici ingratus.

Scritto ho piũ, che non uolea.

Plura, quum statueram, ad te scripsi.

Scriue-

Scriuerò breuemente.

+ *Breuibus me expediam.*
Scribam summatim.
Omnia compendiosè narrabo.
Scritto haurai piu cose, se il corriero non m'haueſſe affrettato.

Plura scripſiſsẽ, niſi tabellarij feſtinatio me ĩpediſſet:
Longioribus te literis uiſitaſſem, ſi tabellarij celeritas ualuiſſet.
Plura literis commiſiſſem, ſi tabellarij celeritas permiſiſſet.
Tabellarij properatio fuit cauſa, quòd meæ literæ non ſunt prolixiores.
Scriuerati Ceſare ogni mio ſtato.

Omnem mei ſtatus condõem tibi ſcribet Cæſar.
Omnem meæ gubernationis rationem tibi literis explanabit Cæſar.
Omnem mei conſilij ſummam Cæſar te docebit.
Scordar non mi poſſo la patria.

Obliuiſci patriæ non poſſum.
Vt Piſauri liceat obliuiſci, querẽdus eſt mihi aliqs fluuius Lethæus, ne me diutius cruciet eius deſiderium
Non poſſũ non dolere, quoties in mentem uenit, in patria quod cælum, quos agros, quas eruditorum hominum confabulationes, quam fortunam, quas ſpes tam facile reliquerim.

Secreto

S

Secreto sei stato sempre.

Fuisti semper taciturnus.

Integritatem fidei, taciturnitati semper adiũxisti.

Se farai a mio senno, imparerai.

Si me audieris addisces.

Si me anscultaris, literis incumbens.

Seguirò te per le tue virtù.

Virtutum copia, quibus te redundare uideo, facit, ut te plurimum imiter.

Virtutum tuarum ubertas, suadet, ut à latere tuo nunquam discedam.

Se hauerai altra opinione, fa che l'intenda:

Quòd si secus tibi uidetur, fac ut me certiorem.

Quòd si sententiã mutaueris, fac, ut me admoneas.

Quod si tibi opinio non placuerit, fac sentiam.

Quod si habueris voluntatem, fac intelligam.

Se farai quel ch'io desidero, ti giudicherò mio buon'amico.

Si quod desiderium meum est, præstiteris, te mihi amicissimum iudicabo.

Si quod cupio, perfeceris, te mei studiosissimi arbitrabor.

Se fosti stato presente, non haresti potuto far meglio.

Neque si affuisset, rem melius curare potuisses.

Neque accuratius, si adfuisses, rem egisses.

Neque maiori studio, neque maiori diligentia, si præsens fuisses negocium pertractare potuisses.

S'io non dubitassi del tuo amore, ti pregarei con maggior instantia a fauorirmi.

Si de tua erga me voluntate dubitarẽ, pluribus ad te verbis scriberem, vt tuum mihi studium prestares. Si de tui erga me amoris coniunctione uererer, longiori oratione contenderem, vt causæ meæ faueres. Nisi rectam de te fidem tenerem, pluribus tecum agerem, ut rebus meis faueres.

S'io saperò il uoler tuo, sodisfarò al tuo desiderio.

Si intellexero uoluntatem tuam, me desiderio tuo adiungam.

Si scriuerò, quod desideras, faciã libẽter qđ cupis. Si quod cupis cogitatione cõplecti potero, nulla tua mihi opus erit admonitione.

S'io non vi mostrerò il maleficio di Cesare, uoglio ogni supplicio.

Nisi vobis Cæsaris nequitiam demonstrauero, omniũ maximæ pęnę me subijcio.

Nisi apertissimum Cęsaris maleficiũ declarauero, omni me supplicio subijcio.

Nisi Cęsaris maleficium patefecero, eiusdem pœnæ reus efficiar.

S'io non hauessi prouato la tua liberalità, e fede non ardirei raccomandarti i mei secreti.

Nisi tua mihi fides explorata esset, non auderem mea tibi cordis arcana exprimere.

Nisi tua mihi fides perspecta, & nota esset nequaquam confiderem mea tibi consilia exprimere.

S

Se muterai costumi farai bene.

Si mores correxeris, bene facies.

Si vitam commutaueris, rem ages te dignam.

Si meliorem viuendi rationem susceperis, in uirũ prestatiorem euades.

Se non potremo esser insieme, con le persone, saremo almeno con l'animo.

Si corpore vna esse non poterimus, animorum saltem coniunctione fruemur.

Si una ese non valebimus, assidua tamen cogitatione alter alterum complectetur.

Si corporis p̃stantia frui non poterrimus, licebit saltẽ mutua inter nos recordatione animi p̃sentia re- (*tinere.*

Se bisognera, non iscuserò la fatica.

Neque (si dabitur facultas) nullũ laborẽ subterfugiã

Si fuerit necesse, nullum onus recusabo.

Si euenerit casus, nihil erit mihi arduũ, & difficile.

Se queste cose son cosi (come tu scriui) del resto potremo sperar bene.

Si hæc (ut scribis) uera sunt, de reliquis optimè sperãdum est. (*dent.*

Hæc si (ut admones) ita sunt, cętera ad uota succe

Hęc si (ut narras) certa sunt, cętera erunt faciliora.

Se vorrai cosa alcuna da me farò che non chiederai indarno. (*inanis.*

Si quid a me petieres, curabo, ne tua petitio habeatur

Si quid à me volueris, faciam, ne tua petitio frustratoria videatur.

Si quid a me postulaueris, dabo operam, ne tu quidem

dem frustra à me petijsse videaris.

Se tu non hai molestia alcuna.

Si nihil te perturbat. Si nihil te impedit.

Si nulla afficeris molestia.

Si es occupationibus subdonatus.

Se sei defensor de gli amici (come soleui) accetta ancora la defensione mia.

Si pristinam in amicis defendendis (ut cõsueueras) beneuolentiam retines susci pe me defendendum.

Si idem patronus es conseruandis amicis (vt cõsueueras) me tua virtute suscipe protegendum.

Seruitore ti sono.

Si tui animi benignitas dignabitur Cæsarẽ numerocliẽtulorum suorum ascribere dabimus operam ne prorsus ignauum, aut ingratum collegisse videatur.

Me pergat tua nobilitas inter suos clientulos ponere studio certè nulli cessurum.

Vbicũq; gẽtiũ futurus sim, certo polliceor, qd cliẽtulũ habiturus es tibi ex animo deditũ addictũq;.

Si sa chiaramente quel ch'io ho fatto per te.

Omnibus notum est, quid pro te præstiterim.

Omnes facillè intelligunt, quo studio, qua curà, qua ve diligentia rem tuam tractauerim.

Non est ignotum, quancũ laboris pro te susceperim.

Iam peruulgatũ est, quo modo causam tuã egerim.

Sobrio è nel uiuere.

Est cibi potusque parcissimus.

Est exactissima frugalitatis norma.

Est Socrate Curioque frugalior.

Est

S

Est Vir frugi. Est esor lautitiarum.
Est vir ciborum, potusque continentissimus.
Frugalitatem accuratè obseruat, vt quæ est bonæ valetudinis custos.
Est inimicus luxuriosis epulis.
Est ab omni immodico ciborum vsu auersus.
Siquis sobrietatis nomine est cõmendabilis, hic omnium maximè.
Nemo omniũ est eo vno delectus ciborũ minus mo
So che questo sarà. (roſus:
Euenire illud scio.
Scio, vaticinor, ac penè oculis video, hoc euenturũ.
Hoc penè oculis video. Præsagio hoc futurum.
Mens mea est præsaga futuri.
Solito è farlo.
Moris est consuetudinis.
Peruulgati moris est.
Hoc est publica consuetudine receptum.
Priscis temporibus hoc consuetum est:
Est solennis consuetudo.
Inualuit consuetudo.
Sollo questo:
Hoc scio. Hoc haud ignoro.
Hoc non me fugit.
Hoc non me latet.
Hoc non me præterit.
Hoc non sum nescius.
Hoc non me clam.
Hoc quis nescit? Hoc haud me falsum habuit.

Hoc nemini dubium est. Hoc non me fallit.
Hoc compertum habeo. Hoc non est mihi obscurum.
Hoc teneo tanquam nomen meos q; digitos.
Hoc teneo melius quam nomen meum.
Hoc mihi est minime inexploratum.
Hoc est mihi perspectissimum.
Hoc persuasum habeo.
Nulli est hoc magis exploratum quàm mihi.

Soldato è bonissimo.

Optimus est miles, Dux, Rex, Imperator.
Vir est rei bellicę gloria maxime strenuus.
Vir est magnus gloria magnisq; rebus gestis.
Est bellator illustris.
Nouit hic omnia, quæ ad militiam spectant.
Vir est, qui ob insignem fortitudinem animosus Achile dici meretur.
Est sumus Imperator.
Imperator est ter maximus.
In consilijs rerum maximarum, ac administratione totius Reipub. præclarissime uersatus est.

Sodisfar prometto in ogni cosa.

Ego omnia curabo, ut desideria satisfaciam tuo.
Omnia faciam, ut uota tua obtineas.
Omnia quidem perlibenter suscipiam, ut quod uelis consequi possis:

So ben quanto ti apprezzo.

Quanti ego te faciam, non sum nescius.
Quanti tibi tribuam, sum mihi ipse testis.
Quantum apud me scis, facile cognosco.

S

So questa cosa per certa.
Illud mhi non uereor: Illud scio.
Illud mihi non est incognitum.
Illud confirmare possum.
Illud explo ratum habeo.

So quanto aiutarmi puoi
Quantum me adiuuare possis, facile intelligo.
Quãtũ mihi, rebusq; ꝑdesse possis, clarè cognosco.
Quãtum mihi rebusq; meis opitulari possis, certissimum habeo.
Quantũ mihi nunc subuenire possis, nõ sũ ignarus.
Nõ me latet, quãtũ mihi patrociniys ꝑstare ualeas
Non me fugit, si mihi opem ferre possis.
Nõ me preterit, quãtũ ualeas in auxilijs ꝑstandis.

So quel che a me appartiene:
Scio quid me deceat. Scio quid mihi conducat.
Certum habeo, quid mihi conueniat.
Non me fugit, quid mea interfit.

Son di quella opinione, ch'io era.
In eadem sententia permaneo.
Eiusdem sententiæ sum.
Maneo in eadem uoluntate.
Mea opinio non est mutata.
In eadem me sententia firmaui.

Son fora di periculo.
Extra periculum pedes, habeo.
Extra lutum pedes habeo.
Præsenti periculo sum liberatus, ereptus.
Emersi è periculo non mediocri.

Enataui ex hoc discrimine. Laureum gesto baculũ.
Son molti ignoranti, che s'impacciano ne gli altrui fatti, e non sanno gouernar i suoi.
Complures sunt insipientes, qui aliorum facta procurant, & sua regere haud sciunt.
Plerique existunt, qui alienis se implicant negocijs & sua minime administrare curant.
Permulti reperiuntur inscientes, qui alinas res inepte curant, & suas nesciunt gubernare.
Son spauentato per le tue lettere.
Examinatus sum tuis literis:
Pertimui ex literarum tuarum recitatione.
Percussus sum, lectis literis tuis.
Superbo è.
Superbus est. Fastuosus est. Arrogans est.
Insolentissimus est. Fastu intumescit:
Est laudato Pauone superbior.
Sibi plus blanditur, quàm Sussenus ille Catulianus.
Aucta est illi superbia. Tollit Christas.
Existimat se ad superbia genitũ tãta est illi dementia.
Venditat se homo ineptè glorioſus.
Sibi olus satis placet ac blanditur. Sese miratur.
Suo supercilio nihil est arrogantius.
Nimis odiose sibi placet.
Arrogans est usque adeo, vt omnes præ se uno agreſtes ignobilesq; prędicet.
Superbia è uitio pessimo.
Pernicioſissimus animæ morbus est arrogantia.
Nullum uitium Deo inuisius est arrogantia.

Nihil

S

Nihil omnino est supercilijs istis intolerabilius.
Nullum hominem gẽs Dijs mortalibusq́; inuisũ magis, quàm feroces isti, & ueluti Suffeni Catulliani
Nihil ad humanos congressus conuictusq́; ineptius arrogantibus istis, & superbis.
Nullum aliud stoliditatis documentum, quã si quis sibi uehementer placeat.

Superbisce per il uestire.

Ex uestitu, cęteroq́, corporis cultu superbit.
Vestium luxu sibi nimis indulget.

Sopporta in pace l'auuersità.

Aduersam fortunam patienter fert.
Fortunæ minaci audacter resistit.
Fortunæ tela forti infractoq́; animo repellit.

Sopporto ogni cosa, che uiene.

Quicquid accidit, patienter fero.
Aduersis rebus minime deijcior.

Sophisticationi adesso non si curano.

Nunc sophisticationes spernuntur.
Nunc desuescunt tenebrarum portenta.
Iam passim sophistici neglectui habentur.

Spendazza grandemente.

Censum multum profundit.
Est uerè prodigus.
Nihil sibi reliquum facit.
Fortunas suas omnes obligurit.
Ambabus profundit manibus.

Spero.

Spero. Venio in spem. Vocor, Spero fore.

Maxima

Maxima ſpe teneor.

Mihi arridet ſpes, & blanditur.

Spero Per la tua diligenza eſſer uitorioſo nella cauſa mia.

Diligentia, qua ſine meis admonitionibus uteris, maxi ma mihi ſpem affert, ut in cauſa me victoriã obtenturum confidam.

Vigilantia, qua ſine literis meis ſemper vteris, me hortatur, ut meis de rebus bene ſperem.

Studium, quod ſponte tua meis in rebus oſtendis, fecit vt cauſę meæ optime confidam.

Spero in te ſolamente.

Omnis mea in te ſpes poſita eſt.

Omnem meam in te ſpem collocaui.

Omnem meam ſpem in te uno firmaui.

Omnis ſpes mea in te uno ſita, & collocata eſt.

Spero, che queſta coſa ti darà laude.

Hanc rem maximam tibi laudem allaturam confido

Hanc rem ſummę tibi glorię futuram ſpero.

Hanc rem ampliſſimũ tibi honorẽ pariturã cõfido

Spero hoc negocium non mediocre tibi nomen præſtaturum.

Sta bene, cioè ſano.

Bene ualet. Quàm rectiſſime ualet. Valet belliſſime.

Perbellè ualet Valet baſilicè, Athletice. Pãcrati-

A quouis morbo liber eſt, immunis, alienus. (cè.

Feliciter ualet. Proſpere ualet. Perquã fauſte ualet

Proſperrima ualetudine fruitur.

Inoffenſa uiuit ualetudine.

S

Est bona valetudine, fausta, incolumi, felici, pspera.
Pulchrè ualet.
Facies sua loquitur eum perbellè ualere.

Sta sano.

Vale Musarum patrone.
Vale litterarum decus.
Vale humanitatis & probitatis exemplar.
Vale omnium eruditarum schola doctrinarum, & seminarum vitæ rectæ.
Vale bonarum disciplinarum specimen, neq; amare perge.
Vale amice mortalium, quos hactenus expertus sum, candidissime.
Vale amicorũ doctissima, & doctorum amicissime.
Bene ualebis ornatissimè præceptor, & me cliẽtulũ tibi toto pectore deditissimum, ita ut soles amabis.

Sta male, ci oè a malato.

Malè valet. Valet vt solent, quibus cũ medicis res est.
Est valetudine non sanè commoda, incommoda, infelici, parum prospera.
Aduersa, infausta ualetudine laborat.
Male se habet. Morbo graui laborat.
Laborat febri. Vexatur quartana febri.
Oborta est ei febricula, quæ eum male hẽt. (ualere
Aegra valetudine p̃mitur morbo cruciat. Pessimè.

Sta forte male.

Grauiter ęgrotat.
Aegra valetudine oppressus decumbit.
Difficili morbo offensus est.

Graui

Graui uehementiq́ue morbo afflictatur.
Morbus suus in dies uehementius ingraueſcit.

Stà meglio.

Melius ſe habet vires recuperauit. Reualuit a morbo.
Conualuit a febri.
Eſt omni morbo liberatus.
Eſt priſtinæ ſaluti reſtitutus.
Priſtinam recuperauit ſalutem.

Stà ſempre in ſu le fauole.

Totum ipſum tempus literatis fabulis terit.
Perpetuò nugatur. Perpetua agitat nugas.
Aſſiduum congerronem agit.
Bonam temporis partem in nugis collocat, rebusq́; nihil perdit.

Stampar non ha voluto l'opera ſua.

Optis ſuum imprimi noluit.
Noluit ſua Typis impreſſorijs excudi.
Opus ſuum noluit Typicis calcographorum notis committere.
Quæ domi habet nondum effert, vt exeant in communem ſtudioſorum utilitatem.
Nondũ opinatus eſt ſuum fœtum ſatis maturùiſſe.

Stato dell'animo per le lettere.

Quem ſtatum retineamus, ex his cognoſces.
Quæ ſit noſtrarum rerum conditio hæ tibi literæ declarabunt.
Quo inſtatu ſimus, ex his literis:
Quomodo res noſtræ ſe habeant, per has literas certior fies.

S

Stilo, cioè il tuo dire mi piace.

Mirum, est quam me delectet felicissimus tuæ orationis fluxus, non sine candore.

Epistolarum tuarum candidissimus fluxus fœcundum, nec minus exercitatum arguit ingenium.

Epistolis tuis inest multum facilitatis, facilitati non deest suus candor:

Studia, ch'io ti conforto.

Te pro nostra necessitudine hortor, ut toto animo, literis incumbas.

Te pro nostra amicitia hortari nõ desinam, ut toto animo præclara studia cõplectaris, ne qd plebeũ, ne quid mediocre, sed ad summa semper enitere.

Studia.

Studet. Gratis ac Musis sacra facit.

Toto pectore in literis versatur.

Dies vitæ suæ omneis in literis insumit.

In studio literarum omnes conterit annos.

Studiarò.

Studebo. Extricatis alijs negotijs, Musis uacabo:

Studia alle buone lettere.

Tu quod temporis eras perditurus, aut certè male collocaturus, hoc bonis studijs impende.

Hoc opere, quod in reprehendendis alijs impensurus eras, discendæ Grammaticæ, discendisq; bonis literis impartire.

Studia continuamente.

Nullum studij remittit tempus.

A Musis nonquam discedit.

Studen-

S

Studendi nullum finem facit.
Dies, ac noctes studet.
A bonis disciplinis animum reuocat nunquam.

Studiar non vuol più.

Nuntiũ remisit studijs. Diuortium fecit cũ Musis.
Cum bonis literis repudium facitauit.
Musarum arcana reliquit.
Est abductus, auersus, alienatus a melioribus Musis.

Studiarò di quanto sto in Ferrara.

Quandiu Ferrariæ fuero ad literarum studia, me conferam.
Quandiu Ferrariç commorabor, non desinam literis insudare.
Tandiu scientiarum disciplinis me dedam, quandiu Ferrariæ commorabor.

Subito, ch'io potrò, farò
ogni cosa per te.

Quam primũ facultatem nactus fuero te adiuuãdi, omnia pro te libentissimè suscipiam.
Vti primum potestatem habuero te ornandi nullũ pro te laborem subterfugiam.
Vt primum mihi erit oblata inseruiendi opportunitas, mihi prętermittam.

Taciuto hai di questo.

Hoc sico pede prętĕrijsti.
Hoc silentio prętermisisti.
Hoc silentio transeundum putasti.
Hoc nube silentijs obtexisti. Hoc silentio omisisti, Silentij uelo contexisti.

Tarda

T

Tarda molto nelle sue cose.

Est naturæ procrastinator maximus.
Haud facilè ad diem soluit, quæ pollicetur.
Bellus est perendinator.

Tempo cattiuo habbiamo.

Summa emporum difficultate laboramus:
In aspero, ac difficili temporis articulo uersamur.
Difficilia sunt nostrę ætatis tempora.
Temporis difficultate vrgemur.
Iniquissimæ tempora nos premunt.

Tempo s'haueró.

Si mihi fuerit otium
Si per otium licuerit.

Terribile è sempre.

Nunquam supercilium deponit.
Nunquam exuit vultum pę dagogi.
Tetrica uerba nunquàm deponit.
Semper agit Areopagitam.

Testimonii buoni ti daró.

Tibi bona fide testes adducam.
Non paucos testes, eosque fide digno tibi citabo.
Non surdis in hac re agam testimonijs.
Satis grauius testimonium de hac re, & rationem valentiorem exhibebo.
Non saltabo in tenebris.

Ti dirò quel, ch'io spero.

Quid sperem, tibi aperiam.
Quid coniectem, tibi aperiam.
Quid censeam, tibi significabo.

Ti ho ſcritto per dichiararti l'amor mio verſo di te.

Hæc ſcripſi, ut ſingularē meum erga te amorem patt facerem.

Hæc tibi ſignificaui, ut ardentiſſimi mei erga te amoris uinculum apertius.

Hæc omnia ſcripſi, ut quãta eſſet mea erga te bene uolentia, ſignificarem.

Ti porto ſingolare amore.

Vnico te amorem proſequor.

Summo te amore complector.

Incredibilis eſt meus erga te amor.

Singularis eſt noſtri amoris coniunctio.

Ti tengo caro, come la mia vita.

Aeque, te ac uitam meam, charum habeo.

Non ſecus te amo, quàm uitam meam.

Non ſecus, te ac uitam propriam charum habeo.

Haud aliter te amo, quàm propriam uitam.

Itate amo, ut uitam meam.

Perinde te, ac uitam meam charum habeo.

Perinde mihi charus es, atque uita propria.

Inſtar uita mea apud me es:

Inſtar uitæ meæ te charum habeo.

Tu hai inteſo, che coſa m'ha moſſo a uoler male a Ceſare.

Accepiſti, quibus rebus adductus ſum, ut Cæſarem odio habeam.

Intellexiſti, qua cauſa motus ſum, ut cum Cæſare bellum habeam.

Cognouiſti

Cognouisti, quæ causa me mouet, vt Cæsari inimicissimus sim.
Explicari quę inimicitię me a Cęsare abalinauerũt.
Tu intendi l'opinion mia.
Habemus meum consilium.
Mei consilij rationem tenes.
Habes, quæ mea sit sententia.
Intelligis, quis sit meus animus.
Tu giudicherai meglio questo con la tua praudenza.
Hoc tu melius pro singulari tua prudentia iudicabis.
Hoc tu melius pro magna sapiẽtia tua existimabis.
Tu m'hai fatto, piuche non chiedeua.
Maiora mihi quidem benemerita cõtulisti, quã postulaueram:
Multo amplius inueni, quod mihi contulisti, quàm quod abste petierim,
Plus fuit abs te collatum, quàm a me petitum.
Tu mi dai baia.
Sum tibi risui. Me plane rides.
Naso me suspendis. Ludis nunc me.
Habeor tibi loco morionis.
Sum tib ludibrio.
Mibi, vel me illudis.
Me planè habes ludibrio.
Tu m'hai ordinato, ch'io ti scriua delle cose a te pertinenti.
Admonuisti, vt si quid esset, quod ad te pertinere arbitrarer, tibi significarem.

Iussisti, vt de his, quæ ad te pertinent, te certiorem, facerem.
Mandasti, ut quæ ad te spectarent, de his te certiorem redderem.

Tu lascierai ogn'altra cosa, per far la mia.

Omnia prætermittes, cum res mea auxilium tuum postulabit.
Cætera reliques, dum negocium meum operatua in digebit.
Nihil aliud curabis, cum tibi causam meam curare contigerit

Tu non trouerai, luogo, che non sia conquassato.

Nullum quidē locum videbis, qui nō sit debilitatus.
Nullam partem reperies, quæ non sit confracta.
Nullum Reip. membrum conspicies, quod non sit debilitatum.

Tu non sei solo in questo.

Hoc est tibi commune cum multis.
Hoc est omnibus uniuersale.
Hoc omneis tangit.

Tu non hai cosa da riprendermi.

Nulla est causa, qua merito riprendi possim.
Nihil habes, quo me accuses.
Nullā in me causā habes, qua me corrigere possis.

Tu sai.

Non te fugit. Non te prēterit.
Non latet. Non ignorsa.

Certissimum habes.
Est tibi notum.

Tutte le cose a me scritte, son verè.

Omnia, quæ scripsisti, iustissima sunt.
Omnia, quę tuis mihi literis significasti, probabilia sunt.
Quæ mihi scripsisti, verissima sunt.

Tutte le tue cose mi dilettano, specialmente la tua virtù. (*virtus.*

Omnia me tua delectant, sed in primis tua singnlaris
Omnia tua mihi grata sunt, sed maximè tua inclyta virtus.
Omnia tua mihi delectationem afferunt, præsertim virtutis tuæ præstantia.

Tutte le cose mie sono al tuo commando.

Quæcunqũe in me bona sunt, semper tibi paratissima sunt.
Quantũ in me est, tantũ de me tibi polliceri potes.
Quæcunque in me facultas est, ea arbitratu tuo semper vtere.

Tutti li prudenti laudano quel c'hai fatto:

Omnes quidem viri graues tua gesta plurimum commendant,
Omne profecto viri prudentes, tua facta summopere probant.
Omnes, qui grauiter sapiunt, tua præclara facinora vehementer laudant.

Tutti i tuoi consilij mi pareno prudenti, e sauij.

Omnia tua consilia mihi sapientia, ac prudentia referta videntur.

Omnes tuæ mihi consultationes, & prudentiæ & grauitate plenæ videntur.

Omnia tua instituta constat prudentia & consilio esse parata.

Tutti i tuoi ti scriueranno, quanto sia stato sollecito a difenderti.

Quantum studium, & curam pro rebus tuis defendendis adhibuerim, omnes tui tibi significabnnt.

Quanto studio causam tuam defenderim, ex tuus omnibus certior fies diligenter.

Qua cura, qua diligentia, & contentione rem tuã tutatius fuerim, ex tuorum literis facile intelliges.

Tutte le cose si debbon patientemente sopportare.

Omnia sunt patienter toleranda.

Omnia sunt patienter ferenda.

Omnia sunt facili animo accipienda.

Vada in mal'hora

Male pereat.

Pascat tineas.

Pascat coruos.

Eat ad Coruos.

Vada, che sia ammazzato, *vt supra*,

Vado gia alla Motte.

Iam tendo ad mortem.

V

Iam capulo manum admoueo.

Vado in villa.

Rus hinc habeo.

Rus hinc concedo, discedo, decedo.

Campos repeto.

Rus me confero.

Rus me recipio.

Vatansi per la robba.

Paternas opes ostentat.

Non desinit se iactare.

Opulentiam suam sine fine iactat.

Gloriatur diuitiarum copia.

Diuitiarum fulgore tumidus superbit.

Va presto in colera.

Irascitur citò.

Procliuior est in iram, quàm Tigris.

Iuiracnndiam præceps fertur.

Vecchio è.

Est senio confectus.

Est annis obsitus.

Iam capularis est.

Inflat capulo.

Est ætatis prouectæ.

Est annis iam maturus.

Iam vergit in senectam.

Alterum pedẽ habet in cymba Charõtis.

Est iam carioſa vetustate attritus.

Est iam annosus, Longæus. Capulo uicinus.

Ad metam suæ ætatis uelis, remisq; properat.

Iam ſua ætas inclinat.
In ſenium eſt præceps.
Labitur in ſenium.
Vecchio è troppo per ſtudiare.
Senior eſt, quam qui ſtudere queat.
Sua ætas eſt impar literis.
Sui anni ſunt ſtudio literarũ multiſmodis ĩferiores.
Anni ſui capeſſendo ſtudio pares non ſunt.
Studiorum labori ſuccumberet ſua ætas.
Vecchio eſſendo, viuo altrimenti.
Ætas ingraueſcens me impellit, vt alios viuendi mores ſubſequar.
Ætatis maturitas me admonet, vt uiuendi formã immutem.
Ætas iam diuerſa aliam vitam poſtulat.
Vedo le openioni delle città eſſer diuerſe.
Omnium Senatorum diuerſas ſententias eſſe uideo.
Omnium Senatorum voluntates multiplices eſſe conſpicio.
Ciuitatum uarias eſſe opiniones intelligo.
Vedo, con effetto quel, che ſi dice della tua virtù.
Quod omnes de virtute tua aſſerunt, id ego re ipſa perſpicto.
Quod homines de preſtanti tua virtute prædicãt, nunc oculis intueor.
Quod de te homines affirmant, id ego re ipſa experius ſum.

V V

Vedo hora che sei sauio:
Nunc video te prudentem esse.
Nunc video te intelligere.
Nunc intelligo te sapere.
Nunc certo scio te virum summa prudentia prædi tum.

Vedutto non ha alcuno da manco di Cesare.
Ineptiorem Cæsare vidi neminem.
Nescio quis Cæsare ignauior reperiatur.
Insanior cæteris hominibus mihi videtur Cæsar.

Veggiato hai tutta la notte.
Noctem totam in studio insomnem duxisti.
Diei noctem coniunxisti peruigilem.
Noctem totam otio literario addis.
Laborioſissimo veteris peruigilo.

Venuto son quà con periculo.
Hunc veni cum magno vitæ discrimine.
Huc veni, non sine vitæ periculo.

Vergogna non ha in se.
um depuduit.
Dedicit pudorem.
Oblitus est pudoris.
Nescit pudescere.
Exuit pudorem.
Perfricuit faciem.
erfricuit frontem.
Mansit apud Arthiocopum.
Est homo perfricta facit.

Vergognomi ringratiarti con parole,& desidero sodisfarti con fatti.

Ago tibi gratias cum pudore, cum tua summa in me officiarem potius, quam verba desiderent.

Pudet me tibi gratias agere, cum amplissima tua in me benemerita rerum, effectum, non gratiarum actionem deposcant.

Erubesco tam vili verborum munere tibi gratias agere, cum immortalia tua erga me beneficia rem ipsam desiderem.

Verisfime son le tue parole.

Ex tripode sunt tua dicta.

Ne vnũ quidem Sibyllæ folium fuit unquã verius.

Oraculum Appollinis non verius fuit.

Ne si pythias quidem affirmasset, veriora esse possent.

Hoc puto vatem dixisse.

Hoc est folium Sybillæ.

Versi, dico, che i tuoi versi son piu eleganti de i miei.

Versus mei, tanquam ordinis forent equestris, debent tuis veluti senatoribus & patricijs.

Multis calculis feliciores sunt tui uersus meis nugis.

Vescouo è stato.

Fuit episcopus.

Gessit episcopatum.

Episcopum egit.

Episcopatum obtinuit.

Munia episcopalia obiuit.

Vinto

S

Vinto ho il giuoco.

Mea eſt pila.

Sim te ſuperior.

Victoria penes me eſt.

Victoriam a te eripui.

Arenæ ceſſit noſtræ.

Victoria potius ſum.

Factus ſum compos.

Virtuoſo è.

Homo eſt eximia virtute præditus:

Omnium luce virtutum clareſcit.

Eſt omnigenis virtutibus adornatus.

Eſt ſplendendis virtutum ornamentis decoratus.

Eſt ſumma atq; ſingulari virtutis excellẽtia clarus

Eſt virtutum propè omnium amplitudine inſignis.

Eſt abſolutum virtutis exemplar.

Eſt viua virtutum imago.

Eſt multis magnificisq; virtutũ titulis honeſtatus.

Eſt uirtutis præconio ſuperior.

Vir eſt, qui ornamento virtutum procul excellit, atque eminet.

Quãta virtutũ gloria præſtet, dicinõ facile queat.

Diceres naturam eum ad ſolam uirtutem dotibus omnibus inſtruxiſſe.

